

DISSERTATIO PHILOLOGICO-THEOLOGICA

DE

PECCATO IN SPIRITVM SANCTVM

AD DVCTVM LOCI CLASSICI EBR. VI. 4. 5. 6.

QVAM

SVB PRAESIDIO

VIRI SVMME REVERENDI AMPLISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI

SIGISM. IACOBI BAVMGARTEN

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS ET PROFESSORIS
PVBLICI LONGE CELEBERRIMI ORDIN.
THEOL. H. T. DECANI

PATRONI ATQVE FAVTORIS OMNI
ANIMI OBSERVANTIA SVMMOPERE
COLENDI

DIE XVII. AVG. HVIVS ANNI cLb ccxxxx.

H. L. Q. C.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICET

AVCTOR

M. IO. SAMVEL HICHTEL

ANHALTINVS.



HALAE MAGDEBURGICAE, 1748.

TYPIS IO. CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.

PRCCATO HESSELIAN

SYNAGOGA

ED. DACTIUM LOGOCRATICUM. V. 24.

VIRO

MAGNIFICO SVMME DEVENERANDO AM-
PLISSIMO ET DOCTISSIMO

IOANNI MICHAELI
SCHVMANNO

SERENISSIMO DUCI SAXO - WEISSENFEL-
SENSI ET QVERFVRTENSI A CONFESSONIBVS CONSILII
ECCLESIASTICIS ET CONCIONIBVS IN AVLA PRIMARIIS
NEC NON CONSISTORII DVCALIS ADSESSORI ET SVPER-
INTENDENTI GENERALI GRAVISSIMO LONGEQUE ME-
RITISSIMO ILLVSTRIS GYMNASII QVOD LEVCOPETRAE
FLORET PROFESSORI THEOLOGIAE PRIMARIO.
LONGE CELEBERRIMO

PATRONO SVO SVMISSO PIETATIS CVLTV
SVMMOPERE PROSEQVENDO
VITAM INCOLVMITATEM ATQVE SALVTEM OMNIGENAM
DEVOTA MENTE PRECATVR

SIMVLQVE HANC QVALEM CVNQVE OPELLAM

D. D. D.
AVCTOR.

Summum illud dignitatis fastigium, in quod
TE, VIR SVMME DEVENERAN-
DE, prouida numinis cura enexit, nec non
insignis virtutum TVARVM, ac meri-
torum splendor, facile effecit, ut basce
meas pagellas, tenuis ingenii foetum, indignum
censerem, quem Magnifico TVO exornarem no-
mine, atque in sinum TVVM deferrem: At vero
paullulum auerti oculos meos a reueranda TVA
dignitate, ac cogitavi apud animum meum, quod
tanta in TE sit humanitas, ut etiam humillimos
TVI nominis cultores grauissimo TVO patrocinio,
benevolentia, immo amore tueri, prosequi, ac com-
plete soleas. Submissa insuper atque grata men-
te recolere consueui magna TVA, VIR MAGNI-
FICE, quae in beatum patrem meum, atque in me
exstant merita: Quanta in illum contuleris bene-
ficia, iam non commemorabo, debitas ille aliquando
TIBI referet gratias in sedibus beatorum, in
quas ante biennium fuit receptus. Quanta in
me TVA fuerit gratia, paucis indicabo: TV non de-
dignatus es sacrae initiationis meae existere arbi-
ter: TV in ordinandis meis litterarum studiis
beato patri meo, atque mibi sapientissima suppe-
ditasti consilia; TVO consilio, TVA benigna at-
que prouida cura factum est, quod in illustri illo
Leucopetrensi gymnasio exoptatissima mibi conti-
gerit

gerit occasio, animum optimis artibus excolendi.
Saepius cum insigni animi voluptate in mentem
mibi reuoco tempus illud, quo a TVO, VIR MA-
GNIFICE, suauissimo pendebam ore, quo purio-
ris religionis dogmata, quo salutares, atque diui-
niiores doctrinas solidissima mihi instillabas me-
thodo, quo dulcissimas sapientiae doctrinas in ani-
num meum ingerebat beatus TVVS filius, cuius
cineres grata, atque submissa mente veneror (o si
benignissimum numen bunc mihi conseruare vo-
luissest patronum atque fautorem!) Saepius cum
in signi animi voluptate recordor illius temporis,
quo ex Reinecciorum, Leonum, aliorumque cele-
berrimorum virorum doctrina exoptatissimos col-
ligebam fructus, quibus caruissim, si TVIS, VIR
SVMME DEVENERANDE, sapientissimis
caruissim consiliis. Haec omnia dum mente agi-
to, submisso animi cultu in TE, PATRONE DE-
VENERANDE, feror, meque totum rapi sentio.
Huius meae in TE pietatis atque submissi ani-
mi affectus hoc publicum existare volui documen-
tum. Pro summa ergo, quae in TE est, huma-
nitate, serena suscipe fronte, quod pietas a me
exegit, benigne suscipe id, ad quod ipse benigna
TVA in me gratia me excitasti. Quod reli-
quum est summum numen supplex veneror, velit
sua prouidentia venerandam TVAM protegere

canticiem, velit TE, VIR SVMME DEVENE-
RANDE, per multos adbuc annos seruare sal-
uum, sanum, atque incolumem; velit TE conser-
uare Serenissimo TVO Principi pio, magno, at-
que sapienti; conseruet TE ecclesiae suae; con-
seruet TE splendidissimae familiae TVAE; con-
seruet TE denique & mibi, qui sub grauissimo
TVO patrocinio delitescere gestio, qui emoriar,

MAGNIFICI SVMME DEVENERANDI
ATQVE AMPLISSIMI NOMINIS TVI

Dabam e museo
d. VI. Kal. Sext.
cl. Lcc xxxx.

humillimus ac deuotissimus
cultur
M. IO. SAM. HICHTEL.

TOTIVS DISSERTATIONIS CONSPECTVS.

SECTIO I. PHILOLOGICA,

IN QVA SENSUS LITTERALIS CIVIVSCVINQUE VOCIS ET PHRASIS DETERMINATVR ET PROBATVR.

Tradit

- §. I. Argumenti utilitatem, rationeque instituti rationem & pertractandi modum.
II. Ipsa verba Apostoli una cum adacurata translatione.
III. Nexus eorum verborum cum praecedentibus.
IV. Apostoli scopum generalem.
V. Quaratione de eis minandum
Et supplendum sit subiectum re-
novans, per ellipsis omissum.
VI. Vocabulum & adiutorio bic non
difficile, sed tale quid deno-
tare, quod fieri plane nequit.
VII. Qualis verbo avancavisse
bic competit notio.
VIII. Quis sit sensus totius pbra-
sis adiutoriorum & adiutori
vigen eius mercatorum.
IX. Peccantes adversus spiritum s. in loco nostro describi.
X. Quaratione sit explicandus
locus Mat. XII, 31. it. quod no-
stro sit parallelus, Et quenam
alio loco N. T. de peccato in
spiritum s. sint exponenda.
XI. Vocabulum & praeterea bic deno-
tare semel, non perfecte, ut
quidam volunt.
XII. Quinam bic dicantur φω-
τοδίτες.
XIII. Δωρεὰν ἐπεράνου esse
quodcumque donum, quo deus

vere credentes cumulare solet.

XIV. Quid sit ψέυσις τῆς δω-
ρεᾶς τῆς ἐπεράνου.

XV. Quinam sint μέτοχοι γενη-
θέτες πεύκατος οὐγίας.

XVI. Quid per ἔντα τῇ θεῷ
bic intelligendum veniat.

XVII. Quid sit ψέυσιν παλά-
θες ἔγγυα.

XVIII. Μέλλων οἰώνος bic deno-
tare vitam aeternam.

XIX. Ουαναμ sint διάμετροι
μέλλοντος οἰώνος.

XX. Quid sit ψέυσιν διάμετροι
μέλλοντος οἰώνος.

XXI. Vocabulum παραπέσον-
tes non pro participio dor.

It. sed praesentis ej. & haben-
dum, Et per praesens latina-
rum transferendum.

XXII. παραπέσοντες bic esse,
qui ex flatu gratiae & fidei
excidunt, & in pessimam
cidunt infidelitatem.

XXIII. Ουαναμ in peccan-
tio adversus spiritum s. statu
subiunctive & praesente ad
ductam Pauli sint confide-
randa.

XXIV. Per filium dei unigeni-
tum illum esse intelligendum.

XXV. Ουαναμ vocabulo οὐα-
σευσθην proprio competit notio.

XXVI. Ουαναμ in proprio οὐα-
σευσθην

σωρεύοντος τον ίδιον της θεού δι-
cantur.

XXVII. Quid sit εαυτοῖς ἀνά-
σωρεύοντος τον ίδιον της θεού.

XXVIII. Quaenam propria sit

vocabuli παραδειγματίζειν
νότιο.

XXIX. Quinam inproprie-
diantur παραδειγματίζοντες
τον ίδιον της θεού.

SECTIO II. EXEGETICA,

IN QVA QVAEDAM DE INDOLE PECCATI IN SPIRITVM S. QVAE
QVAM PROXIME AD EXPLICATIONEM LOCI NOSTRI FA-
CIVNT ADFERVNTVR ET PROBANTVR.

Tradit

§.XXX. Quis sit sensus littera-
ralis totius dicti paulini.

XXXI. Quam ob caussam pec-
catum, de quo agit Apostolus,
peccatum in spiritum s. au-
ditat.

XXXII. Non omnes, qui refi-
stunt operationibus spiritus s.
Et veram fidem deponant,
committere peccatum in spi-
ritum s. scribit sic dictum.

XXXIII. Quinam ita refluant
spiritui s. Et ita abnegent ve-
ram in Christum fidem, ut pec-
cati in spiritum s. peragi pos-
sent rei, ex conditione peccan-
tium Et ex characteribus, quos
Paulus de peccantibus in spi-
ritum s. suppeditat, esse diu-
dicandum, it. quis sit primus
eorum character, Et in quos-
nam it cadat, Et non cadat.

XXXIV. Quis sit secundus
character.

XXXV. Quod peccati in spi-
ritum s. nemo fieri possit reus,
nisi qui antea vera praeditus
fuerit fidei.

XXXVI. XXXVII. Quae-
nam tertium absulant cha-
racterem.

XXXVIII. Qua ratione defi-
niendum sit peccatum in spi-
ritum s.

XXXIX. Dubium, quod contra
suppeditatem definitionem ex
Mat. XII. defunsi posset, con-
tra eam nil efficere.

XL. XLI. Rationem, ob quam
peccatum in spiritum s. est ir-
remissibile, non in deo, sed in
conditione peccantis, ac in
indole istius peccati esse que-
rendam.

XLII. Qua ratione ex indele
isti peccati absolute irre-
missibilitas fluat.

XLIII. Sententia nostra de ra-
tione, ob quam peccatum in
spiritum s. remitti nequit,
verbis B. Musaei confirmatur.

XLIV. Locus ille paulinus ut
sedes primaria doctrinae de
peccato in spiritum s. denou
commendatur.

SECTIO



SECTIO I. PHILOLOGICA.

IN QVA SENSVS LITTERALIS
CVIVSCVNQVE VOCIS ET PHRASIS
DISTINCTE PROPONITVR
ET PROBATVR.



§. I.

Mnia inter peccata , illud, quod contra sanctissimum dei committitur spiritum, atrocissimum, nobisque maxime exitiosum esse, facile quilibet concedet, qui meminerit, quod deictorum omnium reliquorum ab immensa dei misericordia impetrare possimus veniam; huius autem peccati in A spiritum

spiritum sanctum nulla, neque in hac, neque in altera ista vita detur condonatio, Mat. XII, 31, 32. Hoc itaque peccatum, cum omnes, qui illud admittunt, ab aeterna beatitate prorsus excludat, qui ad caelestem & aeternam illam peruenire cupiunt felicitatem, hoc in primis omni cum cura caueant necesse est, ut ne in sanctissimum dei peccent spiritum. Ab hoc ergo cum omnibus probe sit caendum, omnibus dubio procul in rem erit, ex sanctioribus litteris diuinitus revelatis distincte nosse, quid sit peccatum in sanctum dei spiritum, & a quibusnam illud committatur. Operae itaque pretium fecisse putandi sunt magni nominis purioris ecclesiae nostrae doctores, qui ex diuinis litteris indolem huius peccati passim in scriptis suis fusi delinearunt; Atuero, si pro ingenii tenuitate quid iudicare valeo, hoc in iis haud probandum esse putarim, quod plerique fere omnes characteres essentiales dicti peccati ex verbis seruatoris Mat. XII, 31, 32. derivare ac demonstrare contentur, cum tamen ex isto loco non tam indoles huius peccati, quam hoc factum probari evidenter possit, quod illud a deo non condonetur. Alius ergo eligendus est sacrae scripturae locus, ex quo, quid sit peccatum in sanctum dei spiritum, clarius potest definiri: Iam vero in tota scriptura, quod scio, non existat ad hunc finem aptior ullus, quam ille paulinus Ebr. VI, 4. 5. 6. Non intibile ergo argumentum me pertractaturum esse crediderim, si ad huius loci dictum distincte demonstrauero, quaenam peccatum in spiritum s. absoluant, & a quibusnam illud committatur. Non multum hic immorabor recensendis & dijudicandis aliorum de hoc peccato sententiis, eas qui nosse cupit, audeat IO. CASP. SVICERVVM in *Theol. Eccles.* T. I. p. 698. seqq. B. IO. GERHARDVM in *Com. b. I. CHRISTOPH. MATTHAEVM PFAFFIVM Instit. Theol. Dogm. P. I. Cap. VII.*

VII. p. 220, seq. GOTTFR. OLEARIUM in *Obs. ad Macrathaeum* p. 391, seqq. IO. MARCKIVM Exercit. Bibl. p. 681. seqq. IO. NIC. QVI STORPIVM in *Diss. contra nouam de peccato in spiritum s. hypotesin.* Rostochii 1709. VAL. VELTHEMIVM, IO. DEVTSCHMANNVM, IO. FRID. MAYERVM & B. MVSAEVM in *peculiaribus Dissertt.* de peccato in spiritum s. quibus adde B. MICHAELIS FOERTSCHII *Considerationem Historico-Theologicam rōv cōsūgχωστōv in peccato aduersus spiritum s.* Mihi iam constitutum est, ea saltem hic persequi quae ad adcuratam exegesin loci nostri paullini immediate pertinent, & quae sufficenter ex eo possunt probari. In hac prima sectione cuiuscumque vocis ac phrasis sensum distincte explanabo; in altera peccati in spiritum s. indolem paullo adcuratius delineabo, & sensum compositum totius dicti declarabo.

§. II.

Sunt autem verba Apostoli Ebr. VI, 4. 5. 6. huius tenoris: v. 4. ἀδύνατον γὰρ τοὺς ἄπαξ φωτισθέντας, γευσαμένους τε τῆς δοκεᾶς τῆς ἐπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντας πιένυματος ἀγίου, v. 5. καὶ παλὸν γευσαμένους θεοῦ ἔημα, δινάμει τε μέλλοντος αἰώνος, v. 6. καὶ παρεπεσόντας, πάλιν ἀγανάκτιον εἰς μετάνοιαν, ἀπεσαυριζόντας ἑαυτοῖς τὸν νὺν τοῦ θεοῦ καὶ παραδειγματιζόντας. v. 4. Impossible enim est, eos, qui semel illuminati fuerunt, & gustauerunt donum caeleste, & participes facti sunt spiritus s. v. 5. & qui bonum gustarunt dei verbum, virtutesque futurae aeternitatis, v. 6. iterum renouare ad poenitentiam, crucifigentes sibi ipsis filium illum dei, & publicae ignominiae exemplum facientes.

A 280. Incisio §. III.

§. III.

Haec Apostoli verba ut distincte intelligamus, ante omnia monstrandus est eorum cum praecedentibus nexus, indicatur is per coniunctionem caussalem γαρ, quae formaliter ac communiter notat *enim*, et declarat, quod praecedentium quaedam proferatur ratio. Haec huius particulae vis formalis secundum bonae interpretationis regulas hic negligenda haud est, cum nulla adit virgens necessitas, vt ex dicendis facile constabit; adserendum ergo, quod hic eorum, quae in praecedentibus dicta fuerint, adseratur ratio; iam vero dixerat Apostolus v. 1. 2. huius Cap. quod cum Ebraeis suis iam derelinquere velit sermonem initii Christi, quod ea euangelicae doctrinae capita, quae alias reliquis fundamenti sunt substernenda loco, iam pertrastare nolit, quod ad perfectionem, seu ad sublimiora doctrinae christianaee capita iam sit progressurus, traditurus scilicet arduam istam de Iesu Christo pontifice summo doctrinam, hocque se facturum esse ait v. 3. si deus voluerit. Propositio ergo generalis, in tribus istis commatibus, quae locum nostrum praecedunt, contenta, haec est: Si deo ita visum fuerit, iam ad altiora veniamus, derelictis doctrinae christianaee elementis. His subiungit Apostolus v. 4. ἀδύτων γαρ τὸς ἀπαξ φρεστέρας κ. τ. λ. pater ergo, quod hic rationem reddat, ob quam non tam prima christianissimi rudimenta, quam sublimiora potius iam velit tradere; huius ergo rei hanc profert caussam, quoniam fieri non possit, vt eos, qui semel fuerint illuminati, ubi excidant, et Christum sibi crucifigant, iterum renouer ad poenitentiam, et iam doctrinam de poenitentia, ac reliqua christianismi elementa denuo inculcer. Occurrit ergo hic Apostolus obiectioni, quam Ebraei contra argumentum huius epistolae

epistolas potuissent proferre; satis enim intelligitur ex hoc ipso loco nostro, quod eo tempore, quo Paullus ad illos scripsit, fuerint inter eos, qui antea ad Christum vere conuersi, et gratia sanctissimi dei spiritus illustrati, a vera fide defecerint, et Christi acerrimi facti fuerint hostes. Dicere itaque potuissent fideles Ebraei: cur christianae doctrinae altioris indaginis capita iam vis proponere? Nonne satius esset rudimenta catechistica denuo tradere, ac doctrinam de poenitentia, de collatione donorum spiritus s. etc. sedulo inculcare, ut hac ratione ad coetum vere credentium reducerentur, qui antea vera in Christum fide praediti, eum iam publicae ignominiae faciant exemplum? Ad hocce dubium hic respondet Apostolus; etiam si, inquit, in gratiam eiusmodi hominum reperat prima christianismi rudimenta, hoc tamen iis parum profuturum esse, cum fieri haui possit, ut ad seriam renouentur poenitentiam, et cum non tam euangelicae doctrinae laborent defectu, quippe quam iam olim probe perspexerint, et de cuius veritate intime fuerint conuicti, quam summa voluntatis corruptione, qua adducti veritatem antea iam cognitam, omni vi ac studio in animo suppressant. Hic sermonis nexus adeo clare ex verbis Apostoli perspicitur, ut mirer qui frat, quod interpretes fere omnes, B. GERHARDVS, SEB. SCHMIDIVS, PAREVS, ESTIVS etc. in eo determinando a se inuicem discrepent, et in alienas a nostra pedibus eant sententias,

§. III.

Ex dictis facile est colligere, quemnam Apostolus in verbis, quorum explicationi manus iam admovimus, scopum sibi habuerit praefixum generalem; tradit scilicet quibusnam hominibus euangelicae doctrinae

A 2

adnun-

adnuntiatio nil prosit, quique per eam ad poenitentiam renouari haud possint, describit eos a statu ipsorum tam praecedente, quam praesente. Ratione status praecedentis eos dicit v. 4. §. ἄπαξ Φωτισθέντες, γεννημένες τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐπεργασίας καὶ μετόχες γεννθέντες πνευμάτος θύλα, καὶ κατὸν γεννημένες θεοῦ φύσεων δύναις τε μέλαντος θύλας, tales, qui semel fuerint illuminati et guitarint donum caeleste, et participes sint facti spiritus sancti, et qui bonum gustrarint dei verbum, virtutesque futurae aeternitatis. Ratione status praesentis v. 6. eos describit, quod sint παρακαλούντες, καὶ ἀπεσυγχωνούντες ἑαυτοῖς τὸν νιὸν τοῦ θεοῦ καὶ παραδεργούμενοι τε, tales, qui excidant, & sibimet ipsis crucifigant illum dei filium, ac publicae ignominiae eum faciant exemplum.

§. V.

Priusquam ipsam horum verborum explicacionem adgrediar, antea ellipsis explenda est, quae in iis deprehenditur, dicitur: ἀδύτων γαρ οὐτανικῶν εἰς μετάνοιαν τοὺς ἄπαξ Φωτισθέντες κ. τ. λ. (haec enim est cohaerentia verborum paullinorum grammatica) impossibile enim est, renouare ad poenitentiam, eos, qui semel fuerunt illuminati &c. Omissum hic est subiectum renouans, hoc ergo est suppletum, & determinandum, cuim impossibile sit ad poenitentiam renouare eos, qui semel fuerunt illuminati &c. Hoc subiectum renouans facili opera ex sermonis paullini colligitur n. xii, probatum scilicet dedimus in praecedentibus (§. III.), quod in hocce commate quarto & duobus subsequentibus quedam suppeditetur ratio eorum, quae in tribus praecedentibus commatibus fuerunt dicta, ergo cum hi versus intime cohaereant, in omnibus istis subiectum agens praeципuum unum idemque est admittendum; iam vero

in

in tribus prioribus huius capitinis commatibus, subiectum agens est Paullus, vna cum suis, quos per communicationem ad se refert, Ebraeis, ibi enim v. 1. dicitur: ἐπὶ τὴν τελείωτα θεοφόρα, ποιῶμεν, ἀντιπεπτὸν ὁ Θεός, hoc nos faciemus, siquidem p[ro]misit deus. Hoc ergo subiectum agens praeципuum, cum nulla repugner circumstantia contextus, etiam in hoc commate 4. 5. 6. est admissendum, ergo subiectum renouans, scilicet renouationi occasionem praebens, est Paullus vna cum Ebraeis suis, in primis vere fidelibus: Hocce subiectum pro ratione contextus optime exprimi potest per pronomen primae personae pluralis numeri iussi, per hoc ergo oratio est explenda, quo facto, ita se habet: ἀδύνατο γάρ τινας εἰναντικέντες μεταβολας τοὺς ἀπαξ φωνηθέντας κ. τ. λ. fieri enim non potest, ut nos renouemus eos, qui semel fuerunt illuminati &c. Non ergo audiendus est ERASMVS, qui in annotationibus suis hic supplendum esse putat pronomen reciprocum εαυτούς quam interpretationem suo approbat calculo PAREVS ad b. l. nec non VATABLVS, atuero eam Pelagianismum subolere recte censet B. SEB. SCHMIDIUS ad b. l.

§. VI.

Iam ad vocabulum ἀδύνατον quod attinet, est illud neutrum genus adiectui ὁ κ. ἡ ἀδύνατος, quod est compositum ex αὐτῳ & priuatiuo & ex δυνατός, potens, notat ergo proprie & formaliter impotentem, viribus destitutum, vide his ACT. XIII. 8. Rom. XV. 1. & Clar. IO. CONR. SCHWARZIUM in Com. Gr. L. p. 20. Praeter hancce notionem formalem neutrum huius adiectui genus, ἀδύνατον, apud scriptores graecos tam sacros N. T. quam profanos duplcem obtinet significationem, notat enim vel id, quod est

est difficile, vel id, quod fieri plane nequit, seu quod est prorsus impossibile respectu eius, cui quid adiuvator esse dicitur. In priori notione adhibetur e. c. *Mat. XVIII.*, 26. vbi respondet τῷ δυνάμει, *dificiliter* v. 23. In posteriori significacione vbiuis, vbi in epistolis pauliniis adhibetur, occurrit, conf. e. c. *Ebr. VI.*, 18. *Cap. X.*, 4. *Cap. XI.*, 6. Nam ergo determinandum venit, quzenam ex tribus istis vocabulo *adiuvator* hic competit notio, an per *dificile*, an vero per *impossibile* illud sit transferendum. Quod prima & formalis huius vocis significatio hic haud inueniat locum, quilibet facili perspicit opera. Nec res difficilis hic denotatur, hoc enim si esset, rationem Apostolus redderet scopo suo haud sufficientem, etenim *scopus* eius hic est, quod supra (§. III.) dedi probatum, ut rationem validam adferre velit, ob quam non denuo in gratiam prolapsorum fundamenta doctrinae christianae in hac epistola sua iacere velit, huius itaque rei si Apostolus rationem protulisset hanc, quoniam difficile sit eiusmodi homines ad poenitentiam renouare, quo pacto illa sufficeret scopo, quem ille sibi habebat praefixum? obiicere enim potuissent fideles Ebraei, etiam si sit res difficilis, eiusmodi hominum ad poenitentiam renouatio, non tamen est impossibilis, nec bonus finis, qui alioquin obtineri potest, qualis est eiusmodi hominum renouatio, hanc solum ob causam est negligendus, quoniam non sine omni difficultate potest obtineri. Cum ergo nec primus, nec secundus vocis *adiuvator* significatus hic inueniat locum, sequitur, ut tertius hic obtineat, & ut transferendum & explicandum hic veniat hoc vocabulum per *impossibile*, qua notione illud alias Apostolus in epistolis suis semper adhibet, in qua etiam a reliquis scriptoribus sacris aequa ac profanis plerumque adhibetur, quaeque notio cum toto sermonis nexus mirifice

con-

conuenit, ut ex dicendis abunde patet. Numquam ergo a me impetravero, ut in eorum fecedam opinionem, qui statuunt, per ἀδύνατον saltem difficultatem quamdam hic innui, in qua sententia multos ex viris clarissimis esse perspexi e. gr. B. FLACIVM in clave Scr. P. i. col. qu. seq. S. R. GUST. GEORG. ZELTNERVM in notis ad versionem bibl. B. LUTHERI ad b. l. IO. CLERICVM ad Hammondum b. l. it. in Biblioth. Vñv. T. XII. p. 441. seqq. plures huius sententiae patronos in medium profert REV. WOLFIUS in Cur. Phil. T. III. p. 661. seq. Nuperime hanc vocabuli ἀδύνατον expositionem in loco nostro paullino suam fecit Cel. SCHWARZIVS in Com. Gr. L. p. 20.

§. VII.

Iam porro hoc est determinandum, qualis vocabulo ἀνανιῶν hic competit notio. Perspicit quilibet graecarum litterarum notitia vel leuiter imbutus, quod vi compositionis atque originis hoc verbum propriè ac formaliter denotet aliquid denuo nouum facere, aliquid quodammodo in istum statum restituere, in quo erat, ubi nouum erat, qua notione haec vox apud LXX. Int. & apud profanos scriptores graecos ubiuis adhibetur. Apud N. T. auctores hoc ἀνανιῶν, si ab hoc nostro discesseris loco, nullibi occurrit. Interpretum non pauci illi eum hic adserunt significatum, in quo verba synonyma ἀνανιών & ἀνανεόμαι a sacris scriptoribus N. T. adhibita conspiciuntur, & cum per ista in specie ea denotetur hominis immutatio, qua diuina in eo restauratur imago, quaque in eum statum quodammodo restituitur, in quo ab initio erat creatus, conf. Epb. III, 23. 24. Col. III, n. eandem renovationem hic quoque innui censem. At vero, cum iuxta salutis ordinem haec diuinæ imaginis restauratio poenitentiam lapsorum, de quibus hic sermo

B

est

Sectio I. Philologica

est, semper supponat, eamque demum subsequatur, (vid. B. BVDDEVVM Inst. Dogm. Lib. III. Cap. V. §. II. p. m. 1063.) dici haud poterit, diuinam imaginem in peccatoribus restaurari, aut non restaurari, posse ad poenitentiam. Hinc sit manifestum, quod vocabulum *avakavilgev* hic non notet in specie restorationem, seu renouationem diuinae imaginis, sed quod formalem suam potius tueatur notionem, atque in genere *renovationem*, seu *restitu-
tionem in pristinum statum innuat.*

§. VIII.

Ex iis, quae in medium iam fuere prolatæ, qui-
libet, ni fallor, perspiciet, quis sit sensus totius phrasis,
quando Apostolus dicit: *αδινατον γαγ(ημας) παλιν ανακανι-
ζειν εις μεταρων τους απαξ Φωτιοθετεις κ. λ.* hoc sibi vult:
iam ad altiora doctrinae christianaæ capita properabim-
us, nec in gratiam prolapsorum doctrinas fundamen-
tales de poenitentia, de baptismo &c. denuo inculcabi-
mus, fieri enim prorsus non quit, ut eos, qui semel fue-
runt illuminati &c. per adnunciationem harum doctrina-
rum, in eum bonum ac salutarem reducamus statum, in
quo iam antea fuerunt, vt scilicet feriam denuo agant
poenitentiam. In eiusmodi hominibus, quos hic de-
scribo, inquit Apostolus, fieri plane non potest, vt
Euangelium, quod adnunciamus, per operationes san-
ctissimi spiritus diuini eam exferat vim, (quam in se sem-
per habet, quamque in aliis exercere solet,) & in cor-
dibus eorum feriam peccatorum agnitionem, anxiā
contritionem, ac veram officiat fidem, veramque poen-
tentiam. Caussam, ob quam Euangeliæ praedicatio in
eiusmodi hominibus feriam poenitentiam operari plane
non possit, in Sectione II. declarabo, si prius exposue-

ro, de quoniam peccato hic agatur, & a quibusnam illud
committatur.

§. VIII.

Hoc ex praecedentibus abunde liquet, quod ~~de~~
eiusmodi hominibus hic loquatur Apostolus, quorum re-
ductio ad poenitentiam per Euangelii praevisionem pro-
fusa fieri nequit. Cum autem Euangelium, seu doctrina de fa-
lute hominum per Christum consequenda, vnicam demon-
strat viam ad veram fidem, veramque poenitentiam; conf.
Rom. X, 17. sequitur ut, qui per Euangeliū adnunciationem
ad poenitentiam reuocari non potest, ad eam prorsus ad-
duci non posse, ergo de eiusmodi hominibus hic sermo
est Apostolo, quos eo adducere prorsus impossibile est,
ut veram agant poenitentiam; iam vero absque poeni-
tentia datur nulla remissio peccatorum, ergo hic eius-
modi denotantur homines, qui numquam, neque in hac,
neque in altera ista vita peccatorum suorum impetrare
possunt veniam; & cum omnium peccatorum, si ab vni-
co isto, quod contra sanctissimum dei committitur spiri-
tum, discesseris, dari possit venia, Matt. XII, 32. 33. in solis
dico est positum, quod Paulus in loco isto, in quo ex-
pliando iam versor, eiusmodi homines nobis sifat, qui
peccatum in spiritum sanctum admittunt, hos describit
ratione status praecedentis & praesentis, conf. §. III.

§. X.

Haec ut eo rectius capiantur, de loco illo Mat-
thaei iam excitato hoc monere lubet: dicitur ibi v. 31.
*πάτερ ἀμαρτίας καὶ βλασφημίας αἱ φεθόνεται τοῖς ἀνθρώποις, ἢ
δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ αἱ φεθόνεται τοῖς ἀνθρώποις,
ομné peccatum, ἔτι omnis blasphemia remittetur hominibus, blas-*

B 2

phemia

Sectio I. Philologica

12
phemia autem in spiritum sanctum non remittetur hominibus.
Loquitur hic Euangelista vel de remissione actuali, vel
de potentiali; non de actuali, nam non actu omnia pec-
cata, praeter illud, quod in spiritum sanctum admittitur,
remittuntur, ergo de potentiali; ergo priorum verborum
sensus hic erit: Omnia peccata hominibus remitti pos-
sunt. Vi oppositorum, verborum immediate subsequen-
tium hic euadet sensus: blasphemia, seu peccatum in
spiritum sanctum non potest remitti, illud natura sua
est irremissibile: vt solide hac ratione haec verba inter-
pretatur B. MVSAEVS in *Dissert. de peccato in spiritum sanctum*,
§. X. p. 7. Cum hocce peccatum omnibus reliquis op-
ponatur, sequitur, vt non nisi unicum sit; cum illud
vnice natura sua irremissibile dicatur, sequitur, vt in
omnibus scripturae sacrae locis, vbi peccatum irremis-
sibile commemoratur, de peccato in spiritum sanctum
sit sermo, ergo praeter Matthaei locum citatum eius-
que parallelos *Marc. III, 28. 29. Luc. XII, 10.* de eodem
peccato explicanda sunt, quae exstant *Ebr. X, 26. 29.*
Haec vbi probata dedi, in subsequentibus verba paul-
lina ex hisce parallelis tuto illustrare potero. Evidem
strenue negat *Epistolas ad B. DANZIVM de peccato in spi-
ritum sanctum, et de descensu Cbrisi ad inferos auctor, quem
S. R. ZELTNERVM esse publica fert fama*, quod in
loco nostro paullino de peccato in spiritum sanctum
sit sermo, nil, inquit ille p. 17. hoc de peccato hic
deprehensum arbitror; nisi et Nasonem de eodem
ceciniisse, verbis:

Ab nimium faciles, qui triflia crimina caedis

Fluminea tolls posse putatis aqua!

per

perabsurde quis autumet , a quo longius abesse , quibus
fana mens est , nil est , quod dubitem . Atuero , quod
pace viri summe reu . dixerim , iusto posset videri fere
durior haec sententia in eos ex Theologis nostris , qui
locum istum de peccato in spiritum sanctum explicant ;
nec rationes , quas vir venerandus pro sua , de expo-
sitione huius dicti , et de peccato in spiritum sanctum ad-
fert sententia , ita comparatas esse statuent , vt satis pos-
fint probari , eas tamen iam examinare , nec meum fert
institutum , nec reuerentia , qua Theologum illum ma-
gni nominis colo , permittit , eius sententiam qui nosse
et dijudicare cupit , ipsam audeat Epistolam istam , quae Suo-
baci 1732. denuo typis fuit commissa .

S. XI.

Ratione status praecedentis Apostolus peccantes
in spiritum sanctum ita describit , vt eos dicat

I. ἀπαξ φωτισθέντας , tales , qui semel fuerint illu-
minati . Vocabuli ἀπαξ significatio propria et maxime
consueta haec est , vt denotet *semel* , in hac a sacris ae-
que ac profanis scriptoribus graecis fere vbiuis , et ab
Apostolo nostro in epistolis suis semper adhiberi con-
suevit , conf. *Phil. III, 16. Ebr. VIII, 7. 26. 28.* Cum er-
go haec sit propria atque vñitatisima huius vocis notio ,
cum in ea alias ab Apostolo nostro vbiuis in epistolis
adhibeat , et cum nulla adsit praegnans causa , ob
quam ab isto vocis significatu sit recedendum , merito
eum hic retinendum esse censeo . Militat et hoc pro
sententia mea , quod Apostolus hosce ἀπαξ φωτισθέν-
τας non denuo ad poenitentiam ideoque nec ad illumi-
nationem renouari posse adserat , et hac ratione loqua-
tur de re , quae non nisi semel fieri potest ; hinc facile

B 3

patet ,

pater, quod τῷ ἀπαξ v. 4. opponatur τῷ πάλιν v. 6. et quod vocabulum prius hic propriam suam tueatur notionem, et denotet *femel*. Laudandus ergo Syrus, qui nostrum ἀπαξ transfert *unum tempus*. Haec adductae rationes efficiunt, ut calculo meo qualicumque eorum, quos ceteroqui valde veneror, nondum comprobare possim sententiam, qui docent, vocem ἀπαξ hic notare *plene, perfecte*. Est haec sententia B. SEB. SCHMIDII ad b. l. p. 599. Cel. CHRISTOPH. WOLLI in *Dissert. de vera sicutaque particularum emphasi*, REV. WOLFII in *Cur. Pb. ad b. l. T. III. p. 662.* B. CHRISTIANI STOCII in *Interp. graecos* §. 208. p. 236. alios huius sententiae patronos vi iana silentio praeteriream.

§. XII.

Iam quinam hic dicantur *φωτισθείτε* est euincendum. Verbum *φωτίζειν*, quod immediate a φῶς lux, mediate a φώτῳ luceo deducitur, proprie ac formaliter idem est ac *illustro, lumine perfundo, corpora in luce pono, ut variae eorum partes a se inuicem possint distingui*; occurrit vocabulum hac propria sua notione e. g. *Luc. XI, 36. Apoc. XVIII, 1.* Eiusmodi illuminationem corporum in hoc nostro loco haud quaquam innui, quilibet absque illa probatione concedet facile, ergo de illuminatione animorum sermonem esse palam est. Cum Apostolus de animis hominum hic usurpet vocabulum, quod proprie de corporibus luce circumfusis usurpari consuevit, facile est ad colligendum, eum talem in animis hominum significare velle effectum, qualis in corporibus obtinetur, ubi lux illis adseritur; iam vero hoc potissimum lux praefat, si corporibus circumfunditur, ut ea, eorumque partes distincte a se inuicem perspicere, ac cognoscere possimus; *commodissime ergo illuminatio animorum*

rum de eiusmodi potest interpretari effectu, quo id ob-
tinent, ut res quasdam antea vel ignotas, vel obscuras
distincte possint cognoscere, et cum rerum cognitio per-
tineat ad intellectum, hanc quoque mentis illuminatio-
nem ad intellectum potissimum pertinere, facile perspi-
citur. Quod autem hunc φωτισμὸν ex sententia Apostoli
nostrri commode de cognitione quadam intellectus in-
terpretari possumus, exinde probatur, quoniam ipse
Paulus hanc mentis illuminationem appellat φωτισμὸν
τῆς γνώσεως, illuminationem cognitionis 2 Corintb. III, 6.
cont. Eph. I, 17. 18. vbi ita Apostolus: δόη ὑμῖν ὁ θεὸς πνεῦ-
μα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως, ἐν ἐπιγνώσει ἀντεἰ πεφωτισμένες
τὰς φρεδαλμές τῆς διανοίας ὑμῶν, εἰς τὸ ἐνέργειαν ὑμᾶς, τὰς ἐσω-
ήλπιας τῆς μάθησεως ἀντεῖ, δεινοβοτισμόν τοῦτον τὸν ἀπόστολον τοῦτον
et reuelationis in agnitione ipsius; illuminator oculos mentis
vestrae, ad cognoscendum, quae sit spes illa vocationis ipsius.
Cum igitur haec huius illuminationis explicatio, quam
iam suppeditau, ad formalem vocabuli φωτισμὸν no-
men quam proxime accedat, et alibi Apostolus hoc
vocabulum eadem ratione ipse exponat; patet, illud
recte de cognitione intellectus hic a me fuisse exposi-
tum. Qualis autem, et cuiusnam rei cognitio hic
indicetur, hac ratione ex sermonis paullini determina-
ri potest nexus; de iis semo est Apostolo, qui per E-
uangelii praetorium ad poenitentiam denuo renouari
non possunt (§. VIII.), ergo de iis, qui iam semel per
eius adnuntiationem ad poenitentiam fuerunt perducti,
ergo de iis, qui iam olim euangelicam doctrinam di-
stincte cognoverunt, ita, ut eius cognitio volunta-
tem ad adiensem potuerit mouere, ergo de eiusmodi co-
gnitione clara, distincta, viua et efficaci euangelicae
doctrinae vocabulum φωτισθὲτος vi contextus hic est
expo-

exponendum: Et cum eiusmodi illuminationis et cognitionis in animis hominum productio alias in sanctissimis litteris deo semper, hominibus numquam adscribatur, confer loca paulo ante excitata, clarum est, quod ἀπαξ φωτισθέντες sint ii, in quorum mente deus, et in primis spiritus sanctus, cui per adpropriaitionem totum conuersioris opus adscribi in sacris litteris solet, iam olim distinctam, viuam atque certam euangelicae veritatis produxit cognitionem, qui que ideo de euangelii veritate intime ac penitus fuerunt persuasi. Non audiendi ergo mea quidem sententia sunt vetustioris ecclesiae doctores, qui illuminationis vocabulum de baptismo interpretantur, de quibus vide SEB. SCHMIDVM ad b. l. nec audiendus IVSTINVS, qui eorum legit vestigia; etiam si enim hoc negari non possit, quod a patribus, quos dicunt, graecis vocabulum φωτίζειν de baptismo adhibitum fuerit, conf. FESSELIVS in *Aduers. sac.* T. II. p. 108. seq. hoc tamen, quod scio, nunquam poterit euinci, quod vlibi in toto N. T. huic vocabulo haec competitat notio. Nec Syri autoritas hic quemquam temere decipiat, qui τὸ φωτισθέντα transfert qui ad baptismum peruenierunt.

§. XIII.

II. Apostolus noster eos, qui peccatum contra sanctissimum dei spiritum admittunt, dicit γεννημένοις τῆς δορεᾶς τῆς ἐπεργασίας, qui gustarint donum caeleste. Hic determinandum venit, quid sit δορεά ἐπεργασίας, item, quid sit γένεν τῆς τορεᾶς ἐπεργασίας. Quale donum hic sit intelligendum, facile est ad determinandum, ex sermonis paullini cohaerentia: Cum enim de

de iis; qui gustarunt hocce donum dicatur; quod ad poenitentiam denuo renouari haud possint, patet; quod eiusmodi homines, vbi gustarunt illud donum, fuerint vera poenitentia ac fide ad deum conuersi, ergo de eiusmodi dono hic est sermo, quod iis dari solet, qui vera fide sunt praediti. Non definit Apostolus, quodnam praecise ex variis donis, quae vere creditibus concedi solent, innuat, ergo ex mente eius vox *δωρεά* indeterminate de quocumque dono, quod sanctis hominibus conferri consuevit, est explicanda. Vbi haec *δωρεά* dicitur *ἐπεγάνω*®, obseruandum est, quod vox *ἐπεγάνω*® propriæ et formaliter denotet id, quod est in locis superioribus, seu in caelo, conf. i. Cor. XV, 40. atuero hanc notionem hic locum inuenire haud posse, quilibet faciliter perspicit opera, si enim hic denotaretur donum, quod exstat in caelis, quo pacto illud homines, qui in hac terra versantur, possent gustare? ergo per *δωρεάν* *ἐπεγάνων* potius est intelligendum *donum caelitus concessum*, seu ex caelestibus profectum; iam vero in caelestibus non est, qui homines sanctos donis suis posset exornare, si a deo discesseris, omnis enim donatio bona, et omne integrum donum est superne, descendens a patre lumen, Jac. I, 17. Hinc ergo facile intelligitur, quod *δωρεά* *ἐπεγάνω*® hic sit *quodcumque donum*, quo deus vere credentes cumulare consuevit, quale est remissio peccatorum, pax conscientiae, incrementum fidei etc. Non ergo auris est praebenda iis, qui donum quoddam determinatum hic innui statuunt, ac quodnam illud sit, operose disquirunt, de quibus vide R. GERHARDVM atque SCHMIDIVM ad b. l.

§. XIII.

Si porro existat quaestio, quid sit *yēuv̄ r̄hs dō̄geās r̄hs ē̄n̄gav̄is*, gustare donum caeleste? obseruandum est, quod vocabulum *yēuv̄* proprie denotet *gustare*, *gus̄tu aliquid experiri*, *edere*; inpropte sensatio, seu experientia, quae fit per gustum, ponitur pro percepcione mentis, conf. i. Pet. II, 3. Mat. XVI, 28. Luc. VIII, 27. et Cel. SCHWARZIV in Com. Gr. L. p. 281. Si omnes humi vocabuli significatus, a Cel. SCHWARZIO l. c. accurate recensitos, quis perpendat, facile perspiciet, quod nullus eorum huc trahi possit commodius, quam ille, quo notat perceptionem animi: Nec tamen perceptio qualisunque hic est intelligenda, nam qui quodcunque donum caeleste sunt experti, (§. XIII.) non qualicumque ratione, sed intime ad deum fuerunt conuersi; qui intime ad deum sunt conuersi, dona diuina intime et efficacissime percipiunt, ergo intima ac efficiacissima perceptio hic innuitur. Sunt ergo *yēuv̄d̄ēos r̄hs ē̄n̄gav̄is* ii, qui dei dona, quibus vere credentes cumulare solet, animo probe percepunt, qui eorum vim atque efficaciam bene sunt experti, qui gaudio isto ex remissione peccatorum oriundo, pace conscientiae, aliisque eiusmodi donis spiritualibus largius fuere perfusi, usque sunt fructi. Ab iis ergo hic reedendum est interpretibus, quos excitat Rev. WOLFIUS Cur. Phil. ad b. l. qui in ea sunt opinione, quod vocabulum *yēuv̄d̄as* hic denotet primi saltē labris degustare, leviter aliquid experiri, quodque eiusmodi hic describantur homines, qui in initiis conuersionis subsistunt, et efficaciam diuinam, quae in conuertendis hominibus se exserere solet, aliquantulum saltē perfererint. Hoc equidem non temere negauerim, quod monent philologorum doctissimi, conf. IO. ALBERTI Off. Pbill.

Expositio loci Ebr. VI, 4. 5. 6.

Phil. in N. T. p. 424. quod scilicet alias in ethnicis scri-
ptoribus vocabulum *γένεν* hanc tueatur notionem, atue-
ro eam in hoc nostro loco obtinere, dictas ob rationes
michi non facile probabit quisquam.

S. XV.

III. Peccantes in sanctissimum spiritum Apostolus
dicit μέτοχος γενηθέτας πνεύματος ἀγίου, tales, qui par-
ticipes facti sunt spiritus sancti. Vocabulum μέτοχος de-
ductum est, ut quilibet facile perspicit, a verbo μετέχειν,
quod compositum est ex μετά et ἔχειν, et notat forma-
liter una habere, una cum alio, vel aliis quid habere; hinc
vocabuli μέτοχος notio formalis haec est, ut denotet
eum, qui una cum aliis quid habet, quod facili negotio,
nisi omnibus iam notum esset, per inductionem per-
multorum locorum posset probari. Sunt ergo μέτοχοι
γενηθέτες πνεύματος ἀγίου ii, qui una cum aliis spiri-
tum sanctum habuerunt. Jam ergo declarandum est,
quo respectu de iis, qui vere illuminati, ac vera prae-
dicti fuerunt fide, de quibus hic sermo est, (§. XII.) di-
catur, quod una cum aliis habuerint spiritum sanctum?
Alias in sanctissimis litteris fideles spiritum sanctum ha-
bere dicuntur ita, ut in iis habitet, conf. i. Cor. VI, 19.
Cap. III, 16. Rom. VIII, 9. et bona quaevis in iis operetur,
conf. Rom. VIII, 14. 15. 16. Gal. III, 6. ergo et hic per
μέτοχος γενηθέτας πνεύματος ἀγίου, sunt intelligendi ii,
in quibus, aequa ac in aliis fidelibus, sanctissimus dei
spiritus habitauit, et gratiosam suam praesentiam per
operationes efficacissime demonstrauit, vbi scilicet eos
de gratia numinis certiores reddit ac consolatus fuit,
vbi eos stimulauit, ut pulchra quaevis deoque placen-
tia peragerent, vbi eos recte orare docuit, et alia hu-

iusmodi in iis operatus fuit, conf. loca paullo ante ex-
citata.

§. XVI.

Vlterius qui peccant contra spiritum sanctum, Apo-
stolus commate quinto ratione status antecedentis descri-
bit, ac de iis dicit, quod sint

III. καλὸν γενούμενοι θεῖς ἐγγὺα, πάτερ, qui gustarint
bonum dei verbum. Hacc verba ut distincte perspiciamus,
quo potissimum sunt euincenda momenta, primo scilicet
quid rei intelligendum veniat h. l. per ἐγγὺα τῇ θεῖ, se-
cundo quid sit γένεν τῷ ἐγγὺα τῇ θεῖ; ad prius quod at-
tinget, vocabulum ἐγγὺα proprie et formaliter notat ver-
bum seu sermonem, quod et iis notum esse censeo, qui phi-
lologian facram vel primoribus degustarunt labris, un-
de huius rei probatione merito supersedeo. Cum ergo
hanc formalem notionem ut deseramus, nulla adit rati-
o, merito dicendum erit, quod ἐγγὺα θεῖ sit verbum seu
sermo dei, i. e. a deo prolatu. Et cum nullus dei ser-
mo proster, quem fideles promiscue gustare possint, si
ab eo discesseris, qui in sacris litteris promulgatus legi-
tur, quilibet concedat necesse est, quod hic ille indice-
tur dei sermo, qui in sacris litteris relatus legitur. Jam
vero vere fideles atque illuminati, de quibus hic sermo
est, quod in praecedentibus dedi probatum, (§. XII.) non
tam Legis, quam Euangeli, in verbo dei consignati,
experiuntur efficaciam, ergo per ἐγγὺα τῇ θεῖ hic potis-
simum euangelica denotatur doctrina, quae in diuinis
prostat litteris. Hic Euangeli sermo, cum fidelibus
dei gratiam, peccatorum remissionem, bona quaevis
spirituaria, ac aeternam denique offerat beatitudinem
sane καλός, bonus, immo optimus dici, censerique
meretur.

§. XVII.

§. XVII.

Non corporis organis, sed animo gustari potest bonum dei verbum, ergo quilibet facile conceder, quod vocabulum *γένειον* eandem hic tueatur notionem, qua adhibetur ab Apostolo commate praecedente, quodque idem sit ac *animo experti seu percipere*, conser. quae de hoc vocabulo (§. XIII.) fuere dicta, ergo *γένειον ταῦτα οὐδὲ γῆμα* est *bonam doctrinam euangelicam in animo experiri, bonitatem eius percipere*. Nec tamen qualiscunque, vel leuis boni dei verbi perceptio hic innuitur, si enim, qui vere fuerunt illuminati, ac de veritate euangelica intime fuerunt conuicti, (§. XII.) qui quaevis dona divina spiritualia intime fuerunt experti, (§. XIII.) in quibus sanctissimus dei spiritus habitauit, ac operationes suas exseruit, (§. XV.) de quibus hic sermo est, hi sane non extremis saltem labris, sed intime, ac efficacissime in animo experti sunt euangelicae doctrinae bonitatem necesse est. Cum ergo Euangelii bonitas in eo possimum sit sita, quod supra iam fuit dictum, ut de peccatorum remissione per Christum obtainenda, de gratia dei, de bonis spiritualibus aequae ac temporalibus ab immensa dei misericordia impetrantis, ac de aeterna denique vita per Christum obtainenda nos reddat certiores; ex iis, quae in medium sunt prolatæ, quilibet faciliter colliger negotio, quod per *γενεαλόγον θεοῦ γῆμα* non nisi si possint intelligi, qui bonitatem atque efficaciam euangelicae doctrinae, in sacris litteris traditæ, in animis suis intime fuere experti, qui per eam de gratia dei, de condonatione peccatorum intuita meriti Christi obtainenda, ac de aeterna beatitate per fidem in Christum impetranda, intime fuere conuicti, ex quo non potuit non summum in iis enasci gaudium, summam consolatio atque tranquillitas.

C 3

§. XVIII.

§. XVIII.

V. Denique Apostolus peccantes in spiritum sanctum, ratione status eorum praecedentis dicit γενσαρέ^υς δυνάμεις μέλλοντ^{αι} αἰών^α, tales, qui gustarint virtutes futurae aeternitatis. Hic dispiciendum, quid nomine futurae aeternitatis veniat; ac quaenam sint virtutes huius futurae aeternitatis, quas fideles persentificantur. Ad vocabulum αἰών quod spectat, sat multas illud obtinet in graeca lingua notiones, quas adcurate recenset ER. SCHMIDIVS in *Declar. N. T.* p. 198. & Cel. SCHWARZIVS in *Comm. Gr. L.* p. 36. Compositum est vocabulum hoc ex ἀ& et ὡ scilicet χρόν^{ος}, monente ARISTOTELE de *Caelo I. VIII.* denotat ergo vi compositionis, et formaliter *tempus semper existens, seu aeternitatem*, in qua formaliter sua notione apud sacros aequae ac gentiles scriptores graecos fere vbiuis occurrat, conf. *Jn. III, 14 VI, 58. Cap. VIII, 51. 52. etc.* Improprie haec vox pro quacunque longiore temporis duratione adhiberi consuevit. Priori ac formaliter eiusdem notioni, cum nil obstet, hic est inhaerendum, est ergo μέλλων αἰών futura aeternitas. Jam vero si dispiciamus, quid rei sit futura aeternitas, hominibus, qui in hac fragili versantur vita, exspectanda, secundum stylum scriptorum sacrorum, immo ipsius Pauli nostri, non possumus non per eam intelligere eum hominum statum, ad quem post hanc vitam sunt peruenturi, vbi vel praemii, vel poenis aeternis sunt adficendi, hic enim status per αἰώνα μέλλοντα, seu, quod idem est, per αἰώνα ἐρχόμενον, vbiuis, vbi eius sit mentio, indicatur, conf. *Mat. XII, 32. Marc. V, 30. Luc. XVIII, 30. Eph. I, 21.* Si itaque status hominum post hanc vitam hic significatur, sequitur, cum de hominibus, quatenus vere fideles sunt, hic sermo sit, et iis, qua talibus, beatitas aeterna post hanc vitam sit exspectanda, ut aeterna beatitudo.

beatitas in specie hic denotetur, ergo μέλλων αἰών hic est aeterna vita, seu aeterna beatitas, fidelibus post finitum huius vitae curriculum exspectanda.

§. XVIII.

Vocabulum δύναμις propriæ et formaliter notat vim, efficaciam, ex quo formaliter significatur omnes reliquæ notiones, quas apud sacros scriptores obtinet, commodissime possunt deriuari, *l. conf. Cel. SCHWARZIVS Comm. Gr. L. p. 382.* Haec ergo vocis significatio reliquis est praeferenda. Sunt ergo δύναμεις μέλλονται αἰώνιαι vires et efficacia futurae vitae, seu aeternae beatitatis. Jam vero ipia illa futura aeterna vita efficaciam in fidelibus haud potest exercere, cum nondum actu perfecte existat, ergo efficacia eius, quod in futura ista demum vita fideles sunt consecuti, hic innuitur. Nec bonis ipsis, qui in altera ista vita demum sunt donandi, in hac vita perfecte frui possunt fideles, ergo saltem praegustum horum honorum hic denotari constat. Cum autem beatitas sanctorum post mortem, quantum ex sacris litteris adparet, in eo portissimum consistat, ut deum modo perfectissimo, qui in humanam naturam cadit, sint cognituri, *i. Cor. XIII, 12. i. Jo. III, 2.* et quod liberi futuri sint ab omnibus, quibus in hac vita premuntur, calamitatibus, summo gaudio, summa animi tranquillitate perfusi, *Ez. L, ii.* facile fit manifestum, quod eiusmodi bonorum praegustum hic intellectum velit Apostolus.

§. XX.

Vocabulum γένεσις, cum non minus ad hanc, de qua agimus, quam ad praecedentem enunciationem pertineat, sine dubio eamdem hic, quam in praecedente obtinebat, tuerit notionem, de qua (*§. XIII.*). Sunt ergo,

ergo, ut ex dictis abunde constat, *γενομένοι δυνάμεις μέλλονται εἰσιν* ii, qui in anima sua efficacitatem, ac praegustum bonorum istorum, quae fideles post hanc vitam sunt consecuturi, probe percepérunt, in quibus sanctissimus spiritus operatus fuit perfectiorem dei cognitionem, isti admodum similem, ad quam beati post hanc vitam sunt peruencti, in quibus operatus fuit ingens animi gaudium, ingentem tranquillitatem, quae proprius accedit ad eam, qua in altera ista vita beati sunt perfundendi; ut verbo dicam, efficaciam futuri saeculi gustasse hic dicuntur, qui aliquo modo iam in hac vita ad eum perducti fuerunt felicitatis statum, in quo eleeti dei aeternum vivent. Non ergo probandam putarim eorum interpretum sententiam, quā illud *μέλλων εἰσιν* exponunt de N. T. temporibus, ac eiusdem oeconomia, ad quos nuper se adiunxit *Clar. CHRISTIANVS SCHOETGENIUS in Horis Ebr. p. 254.* Conferri hic in primis mercetur B. IO. GVIL. BAIERI *Dissert. de praegustu vitae aeternae* 1690. edita.

§. XXI.

Satis ergo manifestum est ex iis, quae fuere dicta, qualis sit eorum, qui contra sanctissimum spiritum peccant, status praecedens. Iam vterius commate sexto Apostolus declarat statum eorum subsequentem et praesentem, dicit eos

1. *παραπεπόντες*, tales, qui excidunt. Ad formam externam huius vocabuli quod spectat, philologi, quos hucusque vidi ad unum omnes, illud habent pro participio Aoristi II. Actiuae vocis; atuero alia occasione, in praelectionibus meis Ienae habitis alias evidentissime probavi, quod graeca lingua prorsus ignoret Aoristum secundum non minus, quam Futurum secundum, et quod

Aori.

Aoristus ille secundus, quem Grammatici singunt, iniui-
ta sanc Minerua in Actiuia voce, in Indicatio ab Imper-
fecto, in reliquis autem modis a Praesenti non differat,
sed ubiuis potius cum istis temporibus perfecte coinci-
dat. Longum nimis foret huius rei probationem hic sub-
iicere, liceat itaque eam supponere, quo facto, sequi-
tur ut hocce παραποστός sit Participium Praesentis Actiuæ
vocis verbi παραπέσων. Non ergo transferendum est
illud παραποστός per Praeteritum, quī exciderunt, sed
per Praefens, qui excidunt.

§. XXII.

Ad significationem huius verbi quod attinet, satis
inter philologorum filios est notum, et cuilibet, qui va-
rias praepositionis παρὰ notiones, quas post alios ad-
curate recenset Cel. SCHWARZIVS Comment. Gr. L. p. 1026. paulo
adcuratius perpendere operae duxerit pretium, facile
patescat, quod formalis huius particulae significatus, ex
quo reliquæ eius notiones tantum non omnes commode
possunt deduci, hic sit, vt denotet vicinitatem loci, pro-
pe, iuxta, apud, ergo hunc significatum etiam in παραπέσω
hanc particulam ueri censendum est, præfertim cum a-
llias verbis iuncta, hanc suam habeat vim formalem, e.
g. in παραγένομαι, παραδέχομαι, παραδίδωμι &c. et cum
hic eius significatus cum nexus sermonis nostri paullini
optime conueniat, vt ex dicendis bene patebit. Iam
vero simplex πέσω notat cado, conf. Mat. XIII, 4. Luc. XVII,
16. Iac. V, ii. &c. ergo παραπέσω proprie erit prope, seu
iuxta eum locum cadere, in quo anteā quis stebat, id quod
concinne in latino sermone potest exprimi per vocabu-
lum excidere; confer hic illum philologorum principem
ER. SCHMIDIVM in Decl. N. T. ad Mat. VI, 14. p. 127. Quod
de casu corporis hic non sit sermo, mē tacente quemuis

D

sermo-

sermonis Apostolici edocet connexio; ergo παραπέτω
hic non tam est excidere ex loco, quam in genere exci-
dere ex re quadam, ex statu quodam, in quo quis an-
tea fuit. Quis sit ille status, ex quo excidunt, de qui-
bus hic loquitur Apostolus, non expresse dicitur, ergo
ex circumstantiis textus hoc est eruendum, quod sat faci-
li fieri potest opera. In commate 4. et 5. describit Paul-
lus statum fidelium, ut patet ex iam dictis, quibus in
hoc commate opponit infideles, qui postquam fuerunt
illuminati, ac donorum spiritus sancti facti fuerunt par-
ticipes, Christum crucifigunt, ac publicae ignominiae
faciunt exemplum; ergo de iis hic differit Apostolus,
qui ex statu fidelium in summam prolabuntur infidelita-
tem. Hinc satis fit manifestum, quod per παραπέτωντας
hic eos intelligat Apostolus, qui ex statu gratiae atque
fidei excidunt, et in pessimam incidentur infidelitatem.

§. XXIII.

Tandem

II. Peccantes in sanctum spiritum Apostolus ratione
status subsequentis et praesentis ita describit, ut eos di-
cat αἰωνιούχοις ἑαροῖς τὸν νὺν τὸ θεῖον καὶ παραδείγμα-
τισθεῖσι, tales, qui sibi crucifigant filium illum dei ac publicae
ignominiae eum faciant exemplum. Distincte hic est expo-
nendum, quis hic dicatur filius dei, quaenam vocabulo
αἰωνιούχοις hic competat notio, quid sit sibi crucifigere fi-
lium dei, quid vocabulum παραδείγματισθεν sibi velit, et
quid denique rei sit παραδείγματισθεν τὸν νὺν τὸ θεῖον.

§. XXIII.

Ad primum momentum quod spectat, quis scilicet
intelligendus hic sit per νὺν τὸ θεῖον, illud nulla prorsus
difficultate laborat. Notum equidem est, quod et fide-
les

les filii dei passim in sacris litteris salutentur; atuero cum Apostolus hic loquatur de vno quodam filio dei, et nullam addat determinationem vltiorem, facile patet, quod eum intellectum velit dei filium, qui ab aliis, adoptione talibus satis est distinctus, qui solus ex essentia diuina ab aeterno est genitus. Obtinet ergo hoc loco articulus praepositus formalem suam notionem, qua generalem quamdam ideam ad certum atque omnimode determinatum obiectum restringit, ac orationi pondus conciliat, denotatur *filius ille unus ex essentia dei prognatus*, deus ille benedictus in saecula saeculorum; recte ergo transtuli humc articulum per pronomen *ille*. Insignis hic in eo sita est *ἐνέγκεια*, vbi Paullus seruatorem non Iesum, seu Christum, sed illum dei adpellat filium, exaggerat enim execrandum illud eiusmodi hominum, quos hic describit, peccatum, quippe qui ipsum illum filium dei, ipsumque adeo deum crucifigant, et ludibrio exponant.

§. XXV.

Vocabulum *ἀναστορεῖν* interpretes, philologi, et Lexicographi ante LAMB. BOSIVM ad vnum fere omnes exponunt per *rursus crucifigere*. Atuero etiam si alias particulae *ἀνα* in compositione haec competitat vis atque notio e. g. in *ἀναλέπειν*, visum recipio, rursus video, *ἀναγεννῶν* regenero, *ἀναδόναι*, reddo etc. non tamen in hoc *ἀναστορεῖν* eundem obtinet significatum, id quod abunde pater ex inductione locorum scriptorum graecorum, qui vbiuis hoc vocabulo vtuntur, vbi de crucifixione semel saltēm peracta ipsis est sermo, id quod luctuissime probatum dedit laudatus BOSIVS in *Exerc. Phil. ad b. l. p. 241. conf. Ren. RAPHELIVM in Annotationibus Phil. ex Xenophonie p. 308.* Cum tamen non temere sit

D 2

cen-

censemendum voculam ἀνὰ huic verbo pleonastice prorsus, et absque omni significatu fuisse adiectam, merito est quaestio, qua ratione illa hic sit transferenda? Si omnes quis probe perpendit huius particulae notiones, quas alibi in compositione cum verbis habet, et quas adcurate enumerat B. STOCKIVS in Int. Gr. p. 210. seq. facile reperiet, quod nulla huc trahi possit commodius, quam ista, qua denotat *sursum*, quae e. c. obtinet in ἀνεῳδώ, surigo, ἀναστολοτίζω, palo adfixum tollo, ἀνατίλλω facio oriri, seu in altum tollo etc. Sunt ergo ἀνασαργύτες τὸν νόον τῷ θεῷ proprie ii, qui *sursum* crucifigunt, qui cruci adfixum in altum tollunt filium dei.

§. XXVI.

Vocabulum ἀνασαργύτην in propria sua notione accipi haud posse facile adparet; inproprie ergo est capiendum. Iam ergo hic exponentum venit, quinam inproprie per hanc vocem denotentur, et filium dei cruci adfixum in altum eleuare dicantur? Hoc extra omnem dubitationis aleam positum esse, non temere negauerit quisquam, quod Apostolus, cum adhibeat vocabulum ἀνασαργύτην, et quidem ita, ut in sensu proprio accipi haud possit, per illud significare velit actionem isti admodum similem, quam suscepérunt olim ii, qui Christum cruci adfixerunt. Iam vero ii Iudeorum sceleratissimi, qui seruatorem optimum de cruce suspendebant, ac suspensi curabant, quique per testimonia prophetarum V. T. ac per egregia miracula, quae seruator ipsis spectanda praebeuerat, intime fuerant conuicti, faltem conuicti esse poterant, quod ille sit verus patribus promissus Messias, generisque humani redemptor, omnium maximum in eum admittebant peccatum, non enim solum eum vt seruatorem suum agnoscere renuebant, verum etiam eum, absit

absit blasphemia verbis, vt pessimum nebulonem, vt impostorem, vt hominem, qui totus ex fraude sit factus, grauiissimis atque ignominiosissimis cruciatis adficiabant. Cum hisce ergo flagitiolissimis hominibus idem facere, ac filium dei de cruce suspendere ii censendi sunt, qui postquam intime in animo fuere conuicti, quod ille sit filius dei, totiusque humani generis redemptor, nihil ominis salutem per eum recuperandam pessime negligunt, omnium maxime execranda quaevis scelera contra eum committunt, et sanctissimum huncce dei filium proximo habent impostore, qui merito suo crucis adficiatus fuerit suppicio.

§. XXVII.

Porro hic est euincendum, quinam fint ἀναστησόμενοι τὸν οὐλὸν ἡς σβιμετ ἰψίσ crucifigentes filium dei. Εαυτῷ τῇ ποιεῖν graece dicitur: I) quando quis ita sibi aliquid facit, vt ipse sit obiectum recipiens actionis. II) Sibi quid facere is dicitur, qui quid facit sua sponte, absque alterius iussu, coactione, persuasione etc. Satis liquet priorem notionem phrasis hic haud inuenire locum, cum obiectum huius crucifixionis expresse dicatur Christus, ergo non sunt ipsi crucifigentes huius actionis obiectum recipiens. Obtinet ergo hic altera dictae phrasis notio. Ergo ἀναστησόμενοι τὸν οὐλὸν τῇ θεῇ sunt ii., qui sua sponte, distinato consilio, absque aliorum iussu, persuasione, coactione etc. erga sanctissimum, atque unigenitum illum dei filium ita se gerunt, vt §o. praecedente fuit dictum. Sunt ergo hic ἀναστησόμενοι εἰντοῖς τὸν οὐλὸν τῇ θεῇ, quos Apostolus Ebr. X. 26. 29. dicit ἐκεῖνος ἀμαρτάνοντας, καὶ καταπατήσαντας τὸν οὐλὸν τῇ θεῇ, sua sponte peccantes et conculcantes filium illum det.

D 3

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Denique explicandum hic venit, quid rei sit παρεξηγματιζεν τὸν οὐον τῷ θεῷ. Horum verborum sensum ut distincte perspiciamus, ante omnia de notione vocabuli παρεξηγματιζεν, quod apud sacros scriptores rioris est usus, et non nisi bis occurrit, scilicet praeter huncce nostrum locum Mat. I. 19. quaedam in medium sunt profenda. Deductum est hoc verbum ex substantiuo παρεξηγματιζεν, quod notat exemplum, ad cuius dictum simile quid efficere solemus, eine Vorlesbrift, vorwach man etwas anders einrichet. Commodissime ergo vi huius suae originis verbum παρεξηγματιζεν significare potest exemplum facere. Vbiuis fere apud gentiles scriptores hoc vocabulum adhibetur, vbi de puniendis sceleratis hominibus est sermo, et vbi hi ita puniuntur, vt aliis ignominiae publicum fiant exemplum, ex quo discant, quid ipsis fit eveneturum, si idem peragant, ita e. g. POLYBIUS Hist. II. Cap. 60. περισσόμενον ἐις τὴν Πελοποννήσον καὶ μετὰ τυραννούς παρεξηγματίζουσεν ἔτως ἐκλιπεῖν τὸ ξύν, oportebat hunc per Peloponnesum totam circumductum et exempli caussa per omnium ora traductum inter tormenta vitam finire. Adeo clare hanc huius vocabuli notionem per inductionem locorum ex Polybio, qui eo frequenter vtitur, defumtorum, probatam dedit Reu. RAPHELIVS in Not. Polyb. p. 2. seqq. vt neminem de ea cum ratione amplius dubitare posse crediderim; conf. ER. SCHMIDIVS in Declar. N. T. p. 15. et STEPHANVS in Diff. de Stilo N. T. p. 4. edit. Honert. aliique, quos laudat Reu. WOLFIUS in Curs. Phil. T. I. p. m. 18. Hic ergo verbi παρεξηγματιζεν significatus cum eiusdem origini optime respondeat, cum apud gentiles scriptores sit maxime consuetus, et cum cohaerentiae sermonis tam apud Matthaeum l. c. quam etiam in hoc nostro loco optimè conueniat, merito hic est retinendus. In sensu ergo proprio

proprio παραδεγματικούτες τὸν νίον τῇ θεῷ ii dicuntur,
qui a filio dei ita sumunt supplicium , vt ille execu-
tionis poenae , atque publicae ignominiae fiat e-
xemplum.

§. XXVIII.

Facile adparet , tam ex propria significatione ver-
bi παραδεγματικόν so. praecedente tradita , quam ex eo ,
quod int̄ me cohaeret haec vox cum ἀναστορεῖται , quod
et hic Apostolus eos respiciat , atque cum iis conferat
peccantes contra sanctum dei spiritum , qui seruato rem
optimum pessimo crucis adficerent supplicio , hi enim
ad insaniam adeo erant redacti . atque excoecati , vt fi-
lium illum dei sanctissimum pro impostore sceleratissimo ,
et pro eiusmodi homine haberent , qui in caelaris mai-
estatem , immo in ipsum deum verbis factisque quam
maxime sit iniuriosus ; ab eo itaque ita sumendum esse
cenobant supplicium , vt executionis poenae ac publi-
cae ignominiae eum facerent exemplum ; de infelici igi-
tur eum publice suspendebant arbore , ac verbis factis-
que eum omnium eorum , qui vera in eum carebant fi-
de , exponebant ludibrio . His ergo simile quid facere
eos innuit Apostolus , qui peccati in spiritum sanctum
sunt rei , vbi scilicet pari ratione ac illi filium dei ha-
beant pro impostore , ac pro homine scelerato , a quo
iure merito condignum , id est , grauissimum sumtum
fuerit supplicium , qui suo merito poenae ac publicae
ignominiae factus fuerit exemplum ; qui denique eum
infidelium ludibrio exponunt , dum blasphema quaevis
ac execranda in eum dicunt atque peragunt , hi , inquam ,
sunt παραδεγματικούτες τὸν νίον τῇ θεῷ.

En

En B. L haec sunt , quae de adcurata expositione philologica loci nostri paullini Tecum volui communicare. Iam in altera sectione exegetica sensum compositum huius dicti classici declarabo , & ad ductum eius exponam , quinam admittant peccatum in sanctum spiritum , quaenam hoc peccatum absoluunt , et quam ob causam illud absolute per naturam suam sit irremissibile , ut hac ratione mens Apostoli in omnibus penitus perspiciat.

SECTIO II. EXEGETICA,

IN QVA

INDOLES PECCATI IN SPIRITVM SANCTVM ADCVRATIVS PERPENDITVR.

§. XXX.

Hoc ex iis , quae in Sect. I. iam in medium fuere prolata , abunde patet , quod ab Apostolo nostro ii peccati in spiritum s. dicantur rei , in quorum animis spiritus s. distinctam , viuam , atque certam operatus est euangelicae doctrinae cognitionem , quiq[ue] ideo de veritate Euangelii intime ac penitus fuere conuicti (§. XII.) qui quaevis dei dona , quibus vere credentes cumulare solet , eorumque vim et efficaciam in animo bene sunt experti , qui gaudio isto ex remissione peccatorum oriundo , pace conscientiae aliisque eiusmodi di donis spiritualibus largius fuere cumulati (§ XIII.); in quibus aequae ac in aliis fidelibus habitauit sanctissimus dei spiritus , ac pulchra quaevis , deoque placentia opara-

operatus fuit ; (§. XV.) qui bonitatem atque efficaciam euangelicae doctrinae, in sacris litteris traditae, in animis suis intime fuere experti, qui per eam de gratia dei, de condonatione peccatorum intuitu meriti Christi imperanda, ac de aeterna beatitate per fidem in Christum obtainenda intime fueri conuicti ; (§. XVII.) qui aliquo modo iam in hac vita ad eum perducti fuerunt felicitatis statum , in quo electi dei aeternum vivent ; qui in anima sua efficaciam ac praeagustum bonorum istorum , quae fideles post hanc vitam sunt consecuturi, probe percepérunt , in quibus sanctissimus dei spiritus operatus fuit perfectiore cognitionem , isti admodum similem, ad quam beati post hanc vitam sunt peruenturi, in quibus operatus fuit ingens animi gaudium, ingentem tranquillitatem, quae propius accedit ad eam , qua in altera ista vita beati fruentur ; (§. XVIII.) qui ex hocce statu gratiae excidunt , et in pessimam incidunt infidelitatem ; §. XXI.) qui, etiam si intime in animo fuerint conuicti, quod Christus sit filius ille dei unigenitus , totius humani generis redemptor , nihilominus destinato confilio salutem per eum recuperandam pessime negligunt , ac omnium maxima et execranda quaevis scelera in eum committunt , qui dira quaevis atque blasphema in eum dicunt , eumque infidelium exponunt ludibrio et ignominiae exemplum (§. XXVI. XXVIII.). Hi inquam , qui ita se gerunt , ex sententia Apostoli nostri peccati in spiritum s. sunt rei.

§. XXXI.

Cum ergo homines , qui peccatum iam commemoratum admittunt , dei operationes , quas in conversionis

E

fonis

fionis actu et statu penes exercuit, pessime spernant, atque illudant, dum execranda quaevis, iisque, quae deus in ipsis operatus fuerat, e diametro contraria peragunt; sequitur, cum operationes diuinæ in convergentis et conuerbis hominibus per adpropriaitionem quadam spiritui sancto in sanctissimis litteris alias adscribi soleant, vt, qui peccatum, de quo ago, committunt, potissimum in spiritum sanctum peccare dicendi sint; hi enim illuminationem, quam in iis sanctus dei spiritus efficerat, reiiciunt; dona diuina, quae deus vere credentibus concedere solet, quaeque spiritus s. ipsis applicat, pessime contemnunt; nolunt spiritus sancti amplius esse particeps; et efficaciam spiritus s. quae cum dei verbo intime est conjuncta, non amplius in animum penetrare sinunt; dulcissimum illum aeternæ vitae praegustum, quem antea in iis spiritus s. operatus fuerat, praefracte spernunt; euangelicam doctrinam, de cuius veritate spiritus s. eos intime conuictos dederat, malitiose deserunt; filium dei, erga quem summam ipsis inspirauerat sanctus spiritus pietatem, infidelium ludibrio exponunt, et scelerata ac blasphemia quaevis in eum peragunt, omnibus denique spiritus s. operationibus, quas in hominibus exferere cupit, omnem in animos suos praeccludunt aditum. Hinc ergo facile patet ratio ob quam peccatum, de quo Apostolus in loco nostro loquitur, alias in facris litteris peccatum inspiritum s. audit.

§. XXXII.

Porro ex dictis perspicitur, hoc in peccantibus in spiritum s. reprehendi, quod operationibus ipsius obiectum ponant; nec tamen omnis is, qui resistit spiritui s.

E 2

ac

ac recidit eiusdem operations, committit illud, de quo ago, peccatum; hoc enim si esset, in genere omne peccatum esset peccatum in spiritum s. omnis enim, qui peccat, resistit operationibus spiritus s. qui eum a peccatis abducere ad Christum, deumque patrem vera fide adducere cupit, si modo non resistat. Cum tamen non omnia promiscue peccata in scriptura diuinatus inspirata peccata in spiritum s. audiant, sed potius Mat. XII, 31. omnibus aliis opponatur peccatis, ab hisque contradistinguatur illud, quod in sanctum spiritum committitur; satis est clarum, quod non omnis, qui spiritui s. resistit, illius peccati sit reus. Neque quaelibet defecatio a vera in Christum fide, eiusque abnegatio pro peccato in loco nostro paullino descripto erit habenda, ex quo ad poenitentiam quis renouari non possit; occurunt enim in sacris litteris exempla eorum, qui postquam Christum abnegrarunt, denuo ad seriam poenitentiam, saluificamque redierunt fidem; eiusmodi quid conspicere licet in Petro Apostolo, qui semetipsum fuit execratus, et iureiurando Christum abnegauit, Matb. XXVI, 72. 74. postea tamen seria poenitentia denuo ad servatorem fuit conuersus. Falso itaque NOVATIANORVM turba tradit, de quacumque defectione a vera fide eiusque abnegatione in loco nostro esse sermonem, atque inde concludunt, omni, qui Christum semel abnegauebit, vi huius effati paullini, viam ad aeternam salutem prorsus esse praclusam, nec eiusmodi hominem in veram ecclesiam denuo recipere licere. Committunt hi fallaciam, dum a dicto secundum quid ad dictum simpliciter concludunt. conf. B. GRAVERI pr. in Aug. Conf. p. m. 918.

§. XXXIII.

Cum ergo is, qui in spiritum s. peccat, operationibus eius resistat, easque reiciat, ac a vera in Christum fide deficiat, nec tamen omnis, qui diuini spiritus operationes reicit, ac fidem christianam deserit, illius peccati haberi possit reus, (§. XXXI.) adcuratus est determinandum, quis ergo ita resistat spiritui sancto, ac saluificam in Christum fidem ita deponat, ut peccatum in spiritum s. admittere merito dici queat? Hoc ad ductum loci nostri paullini ex conditione subiecti, seu hominis, qui operationibus spiritus s. atimum occludit, et veram fidem deponit, est determinandum: eiusmodi hominis sequentes Apostolus nobis suppeditat characteres:

I. *Quod sit talis, qui antea fuerit illuminatus*, i. e. in quo antea spiritus s. distinctam, certam atque viuam operatus fuerit christiana doctrinae cognitionem, adeo, ut de eiusdem doctrinae veritate non potuerit non intime esse conuictus (§. XII.). Non ergo in eos cadit hocce peccatum, qui euangelicam doctrinam nondum satis cognoverunt, et de eiusdem veritate nondum satis fuere conuicti, aut qui saltu deuce rationis eiusdem veritatem aliquo modo perspexerunt.

§. XXXIII.

Iudice Paullo in peccante in spiritum s.

II. Id deprehendatur necesse est, *quod aliquando in eo habitauerit sanctus spiritus*, in eoque quaevis deo placentia, sensum donorum eorum, quibus deus vere credentes cumulare solet, verbi diuini efficaciam, ac aeternae vitae praegustum fuerit operatus (§. XLI. XV. XVI. XX.). Non ergo eiusmodi hominem hic innuit Apostolus, qui falem circa initium conversionis haesit, sed talem, qui intime ad deum fuit conuersus, qui non solum alias sed

sed quascumque spiritus s. operationes, quas in vere credentibus soler edere, in animo fuit expertus; quem ipse s. spiritus omnia ea perfecte edocuit, quae ad impetrandum per Christum salutem, credenda et facienda sunt, quique de euangelicae doctrinae veritate adeo fuit conuictus, vt, si media huius conuictionis ordinaria quis spectet, maior conuictionis gradus in hac vita haud sit possibilis.

§. XXXV.¹

Per salvificam fidem intelligunt purioris ecclesiae nostrae doctores eam hominis conuictionem, quam sanctus dei spiritus operatur, et qua homo intime est persuasus, fore, vt, si ad verbi diuini praescriptum vivat, ac media salutis, quae illud commendat, acceptet, per Christum aeternam consequatur beatitatem. Absque eiusmodi fide nulla de veritate euangelicae doctrinae conuictio est possibilis, huius enim doctrinae summa atque obiectum palmarium est aeterna salus per Christum obtinenda, qui ergo non conuictus est, se per Christum salutem consecuturum esse, is neque de doctrinae christiana veritate potest esse conuictus. Vbi ergo Apostolus innuit, peccantes in spiritum s. aliquando de euangelii veritate intime fuisse conuictos (§. XII.) simul vera et salvifica fide eos praeditos fuisse docet. Idem adserendum, quod scilicet peccantes in s. spiritum vera fide aliquando praediti fuerint, facili negotio sequentem in modum ex loco nostro paullino concluditur: Cum fieri nequeat, vt absque fide quisquam deo sit gratius, sed potius omnis, qui ad deum accedere cupit, credere debeat deum esse, eumque iis, qui ipsum requirunt, praemia largiri Ebr. XI, 6. haec inquam, cum ita sint, manifesto sequitur, vt iis, in quo deus et in specie spiritus s. gratiose habitauit, salvifica

fica praeditus fuerit fide, quo enim pacto is in eiusmodi homine quaevis deo placentia operari posset, qui totus ob fiduci defectum deo displicet? quo pacto sensum donorum illorum, quibus deus vere credentes gratis cumulare soler, operari in eo posset, qui non vere credit? quo pacto vitae aeternae praegustus in eo esset possibilis, qui per fidem de illius existentia nondum fuit conuidus? Hinc ergo satis fit clarum, quod ad peccantem in spiritum s. hic descriptum, hoc requiratur, quod antea saluifica fide fuerit praeditus. Falso itaque tradunt quidam interpres, neutquam hic sermonem esse de eiusmodi homine, cui deus saluificam largitus fuerit fidem, sed de tali, qui saltem aliquo modo, vel per naturae vires veritatem verbi diuini perspexerit, vid. PISCATOR ad h. l. obs. VI. p. 607. PAREVS ad b. l. p. 265. seq. nec non BEZA in Adnot. ad N. T. b. l. ad v. 5. p. m. 351. seq. Facile perspiciet, qui istorum dogmata norit, quo fine hoc adserant, ne scilicet hypothetin suam de inammissibilitate saluificae fidei deserere cogantur, quae tamen per locum nostrum paullinum destruitur penitus, ex eo enim ita argumentari licet. Cum peccantes in spiritum s. antea saluifica praediti fuerint fide, per demonstrata, sequitur, ut vera illa in Christum fides vel consistere queat cum laoccie peccato, et cum blasphemia in Christum et spiritum s. vel vt amittatur, vbi hoc peccatum committitur; prioris ingens falsitas ex terminis patet, ergo admittendum posterius, ergo amitti potest vera ac saluifica in Christum fides.

§. XXXVII.

III. Apostolus peccantes in spiritum s. nobis sistit eas, qui statu plenariae conuersationis, fides, ac gratiae diuinae in summam prolabantur infidelitatem adeo, ut sua sponte, absque ullius coactione, iussu ac persuasione execranda ac blasphemata quaevis in
Cbr-

Christum loquantur ac peragant (§. XXII, XXVI, XXIX.). Non-dum ii huius peccati sunt peragendi rei, qui ob infirmitatem fidei de euangelii veritate subdubitare incipiunt, et iam si de ea per spiritus s. testimonia antea intime fuerint conuicti. Neque iis via ad salutem a Paullo nostro penitus praecuditur, qui quidem veram et efficacem in Christum fidem deponunt, doctrinam tamen christianam praefracte non impugnant atque blasphemant, qui conuictionem de eiusdem veritate nondum penitus ex animo extubarunt, sed eam saltē per negligentiam ita suffocant, ut voluntatem ad plenarium ad sensum et ad recte agendum mouere non possit, in iis enim fieri potest, ut aliquando adiuuante spiritu s. ista conuictio in mente eorum denuo excitetur, ita, ut eorum moueat voluntas, ipsique ad saluificam in Christum fidem reducantur.

§. XXXVII.

Porro ad ductum loci nostri paullini de iis mitius est ferendum iudicium, qui tempore persecutionis, metu mortis, aut aliarum poenarum grauissimarum christianam fidem abnegant, modo id ita faciant, ut animus reluctetur, quippe de eiusdem veritate perfecte conuictus; hi vtique ab immensa dei misericordia huius delicti post seriam poenitentiam impetrare possunt veniam, quod in Petri Apostoli exemplo satis conspicere licet.

§. XXXVIII.

Ex dictis ergo abunde constat, quod non nisi ille peccatum in loco nostro descriptum admittat, qui, post eaquam de Euangelii veritate ita fuit conuictus, ut maior conuictionis gradus per media ordinaria in hac vita non sit possibilis, ex plenario conuersionis statu in summa infidelitatem sua sponte prolabitur, adeo, ut Christum ac doctrinam de eo non solum penitus abiiciat, sed eam

eam quoque quam maxime blasphemet. Hinc ergo facile intelligitur, quid rei sit peccatum in spiritum s. quod scilicet sit ea prava hominis actio, qua ex statu plenariae conversionis in summam infidelitatem ita se dat praecipitem, ut omnem sensum veritatis doctrinac christianaec exuat penitus, eamque blasphemet enormiter.

§. XXXVIII.

Hoc in animo lectoris hic subnasci posset dubium: Quam de peccato in spiritum s. suppeditauit definitionem non vbius in illud quadrare, secundum eam enim illud ab iis saltem posse admitti, qui antea vere ad deum fuerint conuersi, ac saliuifica in Christum praediti fuerint si de, cui adferto contrarius sit locus Mat. XII, 31. 32. vbi Pharisei a seruatore huius peccati peragantur rei, qui tamen numquam veram in eum fidem tenuerint? Atue-
ro in promptu sunt, quae ad hocce dubium regeram, quae
huc redeunt: Probaui, quod in loco isto paullino de
peccato in spiritum s. Apostolo sit sermo, quodquid illud
peccatum non sit nisi vnicum (§. Vlll. X.) ergo illud
non nisi vnicia ratione potest admitti, cum ergo in hoc
nostro loco paullino clarius, quam in omnibus reliquis
locis, quae de eodem peccato agunt, quae vide §. X. descri-
batur, qua ratione illud committatur; sequitur, vt ex hoc lo-
co reliqua illa sint illustranda, et qsd in iis sermo sit de
peccato eadem ratione admitto, qua hic admissum dicitur.
Quid ergo obstat, quo minus dicamus, de eiusmodi
Phariseis loqui seruatorem, in loco isto Matthaei ex-
citato, qui antea vere in eum crediderant, qui vero de-
nuo in eam prolapso fuerunt infidelitatem, vt Christum
pro impostore haberent pessimo, qui cum ipso Beelze-
bub inierit pactum atque intimam amicitiam? Non est

vt

vt quis nobis obiciat locum *Iuc. VII, 30.* vbi dicitur Pharisaeos et legis peritos consilium Dei erga seipso reieisse, ideoque in Christum non credidisse, hic enim non de omnibus prouersus Phariseis, sed de plurimis saltem sermonem esse facile fit credibile, cum enim alibi ex populi iudaici primoribus multi in Christum credidisse dicantur *Io. XII, 42.* conf. *Act. VI, 7.* cur non ex Phariseis quosdam id fecisse credamus? numne statuamus, eos ad unum omnes per absolutum quoddam decretum a vera in Christum fide fuisse exclusos? aut adseramus, doctrinam servatoris optimi tantum efficacie non habuisse, vt in animos Phariseorum quorundam altius penetrare potuerit? Sane Gamaliel, homo phariseus, non obscure suam in Christum fidem prodere mihi videtur in iis, quae de eo commemorantur *Act. V, 34. seqq.* etiam si, ad hunc Gamaliel quod spectat, viri eruditissimi in contrariam peccibus eant sententiam, vide sis. B. IO. GVIL. BAIERI *Dissert. de Consilio Gamalielis.* Possunt ergo et debent locus Matthaei, eiusque parallela reliquorum Euangelistarum loca, itemque dicta *Ebr. X, 26. 29.* de eiusmodi peccato explicari, quod ea ratione admittitur, qua peccatum in spiritum sanctum committi in praecedentibus fuit ostensum.

§. XXXX.

Vnicum in dicto nostro paullino restat declarandum momentum, quid scilicet sibi velint verba ista, quibus dicitur, fieri non posse, vt ii, qui peccatum istud fuisse in praecedentibus descriptum, admittunt, ad poenitentiam renouentur? Hoc in superioribus iam satis dedi euictum, quod sensus eorum hoc redeat: fieri prorsus non posse, ut eiusmodi homines per euangelicae doctrinae adnuntiationem eo adducantur, vt ad seriam poenitentiam

F

denuo

denuo peragendam fiant apti (§. VII. VIII. VIII.). Porro hoc supra iam euici, quod, cum Euangelii de Christo doctrina vnicam ad salutem viam ostendat, ac pandat, sequatur, ut is, qui per Euangelium ad salutarem poenitentiam reduci nequit, ad eam prouersus adduci nequeat. Et cum absque poenitentia nulla detur peccatorum venia, hoc sibi hic velle Apostolum patet, quod, qui aduersus spiritum sanctum dicta ratione peccent, in aeternum delictorum suorum veniam a deo impetrare haud possint (§. X.). Idem ergo de peccato in spiritum sanctum hic adferit Apostolus, quod de eodem tradit ipse seruactor optimus Mat. XI, 31, 32. Marc. III, 28, 29. Luc. XII, 10. quod scilicet illud numquam remittatur, et natura sua ita sit comparatum, vt deus illud condonare haud possit (§. X.). Iam vt adcuratius intelligatur, quae nam hic sit mens spiritus sancti atque Apostoli nostri, hoc unicum explicandum hic restat, quamnam ob causam is, qui peccatum saepius commemoratum admittit, a poenitentia, et per consequens ab aeterna salute prouersus excludatur, seu quam ob causam Apostolus peccatum in spiritum sanctum dicat irremissibile? Est haec quæstio altioris indaginis, adeo, vt plenariam eiusdem decisionem venerandis ecclesiae nostræ doctoribus relinquere, quam ipse vires meas, quas scio esse exiguae, hac in re expetiri malim. Paucis hic rem expediam.

§. XXXI.

In eo quod scio consentiunt ad vnum omnes, quod is ad aeternam beatitudinem peruenire possit, et actu perueniat, quem deus ad eam peruenire vult, et in quo ea sunt, quae deus in iis, qui ad aeternam istam salutem sunt peruenturi, requirit, eiusmodi ergo hominem quoque

que ad poenitentiam, quae est medium salutis, peruenire posse, eiusque peccata remissibilia esse patet; quod fieri quis ad poenitentiam adduci non potest, nec eiusdem peccatum remitti, ipseque ad aeternam salutem peruenire potest, facile intelligitur, huius rei rationem vel in voluntate dei esse quaerendam, qui per absolutum quoddam decretum eiusmodi homini aditum ad salutem praecluserit, quocumque modo se se gerat, vel eam in conditione hominis istius esse quaerendam, et dicendum, eum talem non esse, cui deus iuxta salutis ordinem in sacris litteris traditum, salutem conferre possit; iam vero cum deus iureirando adserat, se non velle mortem peccatoris vilius, sed velle potius vi is reuertatur (per poenitentiam scilicet) a viis suis, et viuat Ez. XXXII, ii. cum dicat se velle cunctos homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis peruenire i. Tim. II, 4. ita ut nullus pereat, sed omnes ad poenitentiam recipiantur 2. Petr. III, 9. vel in dei veracitatem sumus iniurii, vel dicendum est, eum neminem per absolutum quoddam voluntatis decretum a poenitentia, et per consequens ab aeterna salute excludere. Abunde ergo patet, quod, si de peccantibus in spiritum sanctum Paulus dicit, eos ad poenitentiam adduci prorsus non posse, corumque peccatum ita comparatum esse, ut condonari non possit, huius rei ratio non in absoluta dei voluntate, sed potius in conditione eiusmodi hominis, qui illud peccatum admittit, et in ipsa huius peccati indole sit quaerenda. Conf. B. MICH. FOERTSCHI *Diss. de peccato in spiritum sanctum* S. XVIII. p. 25. seqq.

§. XXXII.

Iam ergo vtterius est demonstrandum, qua ratione peccatum in sanctum spiritum per naturam suam ita sit com-

comparatum, ut is, qui eiusdem est reus, secundum salutis ordinem denuo ad veram poenitentiam adduci, eiusque peccati veniam a deo impetrare plane non possit. Hoc omnes norunt, veram poenitentiam veram supponere fidem; vera fides existere nequit absque conuictione de veritate euangelicae doctrinae (§. XXXV.) ergo si pecans in spiritum s. denuo ad veram poenitentiam debet adduci, vera in eo existat fides necesse est, & haec cum non detur absque conuictione de veritate euangelicae doctrinae, eiusmodi hominem ante omnia de huius doctrinae veritate denuo conuinci debere patet: Jam uero is per efficacissimas spiritus s. operationes ita de ea fuit conuictus, ut maior conuictionis gradus, si media ordinaria species, haud sit possibilis (§. XXXIII.) ergo ubi eam nihilominus reiicit, eamque tamquam falsam blasphemat, facile patet, eum tantum animo suo obducere callum, ut etiam efficacissimae spiritus s. operationes in eum penetrare, et in eo quidquam efficere haud amplius possint, ac eiusmodi hominem in extremae indurationis statu esse constitutum, confer sis b. 10.
HOEPNERI Tbes. Theol. de Induratione p. 23. quod si ergo in eo est statu, qui in spiritum s. peccat, ut efficacissimae sancti spiritus operationes in eo nihil efficere possint, facili intelligitur negotio, per spiritum s. in eo conuictionem de euangelicae doctrinae veritate, veram fidem, veramque poenitentiam denuo effici haud posse, nisi summam istam deponat infidelitatem, animique indurationem; hanc vero si exuere debet, hoc fieri debet vel per vires naturales, vel per supernaturales a spiritu s. concessas; per vires naturales hoc fieri nequit, non enim hominis, sed dei est, cor lapideum ex carne amo-
uere, et indere cor carneum Ez. XXXVI, 26. alias ratio-
nes

nes ut breuitatis studio omittam: Nec per vires supernaturales, a spiritu s. concessas id fieri potest, cum eiusmodi homo animum suum ita obduret, vt in eo spiritus s. operationes efficacissimae nihil possint efficere: Ergo induratio eiusmodi hominis, qui aduersus sanctissimum dei spiritum peccat, per naturam suam ita est comparata, vt secundum salutis ordinem ab ea liberari non possit; cum autem, quamdiu haec in eo existit, is ad coniunctionem de doctrinae euangelicae veritate, ad veram fidem, veramque poenitentiam denuo reduci non possit, quod patet ex antecedentibus; sequitur peccatum in spiritum sanctum per naturam suam, et propter conditionem eius, qui illud commitit, ita esse comparatum, vt viam ad veram poenitentiam, et ad aeternam salutem prorsus praeccludat. Nulla ergo huius rei in deum sanctissimum, omnis in hominem ipsum redundat causa, qui efficacissimas spiritus s. operationes ex animo exterminat, iis omni nisu obicem ponit, et mentem ita obdurat, vt in eum amplius penetrare nequeant. Hinc deus non potest non per summam, quae in eo est, iustitiam, eiusmodi hominem tradere in sensum reprobum, ei gratiam suam, quam accipere praefacte renuit, subtrahere, et permittere, vt satanas eum laqueis captiuum teneat, ad suam voluntatem 2. Tim. II, 26.

§. XXXXIII.

Ne quid alienum a venerandorum Theologorum nostrorum sententia hic tradidisse videar, en verba B. MVSÆI in *Diss. de peccato in spir. s. §. XXXVI. p. 23.*: duplex videtur esse causa, cur peccatum in spiritum sanctum per se excludat poenitentiam. Vna, quod per se, et directe opponatur ministerio verbi, et veritati cœlesti, qua ad poenitentiam peccator

F 3

perdu-

perducendus erat: Altera, quod in causa sit, cur peccanti deus, iusto iudicio, gratiam suam subtrahat, cumque in sensum reprobum tradat.

§. XXXXIII.

Haec sunt, quae de interpretatione loci paullini, quem multi vnum ex difficillimis esse dicunt, in medium iam volui proferre, id pro virium ratione, sedulo operam dedi, vt et Apostoli mens, et peccati ab eo descripsi indoles omnium oculis distinet pateret; vt omnia, quae adserui, firmo niterentur talo, ac sufficienti confirmata essent probatione. Omnia, quae ab aliis hoc de arguento fuere dicta, operose conquerire et in hancce meam opellam transcribere, nec volui, nec potui; ea potissimum adferre fuit animus, quae ad explicationem dicti paullini quam proxime spectant. Solent alias et veteriores et recentiores ecclesiae doctores multum conqueri de insigni difficultate negotii, si determinandum ipsis venit, in quonam confitatur peccatum in spiritu s. excitare solent AVGVSTINVM, qui Serm. XI. in Mat. inquit: *sorte in omnibus sanctis scripturis nullam maiorem quaestione, nullam difficultatem inueniri.* Atuero res adeo magnis difficultatibus, me quidem iudice, haud premitur, si modo pro sede primaria huius doctrinae locus noster paullinus adsumitur; hoc vt patesceret in hac tota operula mihi efficiendum sumi, qua ratione id a me factum sit, iam iudices, B. L. ac conatibus meis faue, vale!

CLARIS.


CLARISSIMO ARTIVM MAGISTRO DISSERTA-
TIONIS AVCTORI DOCTISSIMO

SAL. PLVR. DIC.

SIG. IAC. BAVMGARTEN.

Quae ad TE disputaturum publice a me scribi mea TVAque re-
ferre putavi, tria fere sunt, atque & ad consilium TTVVM,
& argumentum, & operam meam pertinent. Consilium,
quod cepisti, vehementer etiam atque etiam probo & eo magis
laudo, quo rario illa cogitatio his temporibus cuiquam in mentem veni-
re solet, ut stadium litterarum academicarum emens, summos honores
philosophicos consecutus, aliorum institutione exercitatus ad specimen
academicum sanctioris doctrinæ edendum animum appellat. Adeo nunc
inuuluit apud plerosque & studiorum præcipitatio morarum maturita-
tisque impatiensissima, & dissociatio philosophiae a theologia neutri ho-
norifica; ut paucissimi illius opera & praefidia ad huius culturam refe-
rant, pauciores vero postquam illam docere coeperunt, in hac tractanda
operae pretium fieri existimant, quod olim frequentissimum fuisse neque
male cessisse philosophiacæ doctribus, academicarum annales testisissimum
faciunt. Quare hunc morem antiquum vere TIBI gratulor, atque ut
laudabilis illius propositi nunquam TE poeniteat, non precor magis quam
augor & propideo. Rectius certe otium Halense, post secessum Via-
drinum & labores Ienenses, collocare non potuisse, quam explicando in
luce academicæ doctrinæ sanctorem, qua aliquot amorum industria
TE locupletasti. Argumentum disputabis grava omnino, quod multo-
rum iam exercit soleritiam, & in quo dogmaticæ, moralis, & exegesi-
cae eruditioris, atque adeo & philologiacæ sanctioris & philosophiacæ solli-
dioris profectus una opera demonstrari possunt, quos lectoribus harum
litterarum gnaris, ut spero, approbabis. Elaborationis nihil plane mihi
vindico, iussus consilii initi ante ignarus, quam scriptum milbi exhibe-
beres plene confessum, meumque in eius ventilatione publica praesidium
exigeres. Cui voluntatis in me TVALÆ significationi non defuturus elab-
orationem accurate perlegi, TIBIque intactam reddidi sine lituris aut
accessionibus, & quod illis carere posse facile mihi persuasi, & ut inte-
grum

grum certiusque permitteretur studiorum arbitris de doctrina tua iudicium, & quod denique non per omnia tecum sentio. Iste enim optimum intelligis, non unam esse omnium doctorum nostrorum in hac doctrina sententiam, sed hanc veniam posci daturum murum, ut nos solum in interpretandis oraculis dieiis, quae ad eius fidem faciendam exercitamus, verum etiam in ipsi doctrinæ, exegesitæ magis quam dogmaticæ, momentis determinandis a se inuicem diffeant, atque diuerso, ut loquimur, τρόπῳ παιδείας utantur. Quare quum tam locum epistolæ ad Hebreos, a TE explicatum, paulo aliter interpretari, quam ipsam peccati in spiritum sanctum notionem dogmaticam verissim ab eiusdem notione biblica de pharisæis usurpata distingue soleam, satius duxi meas cogitationes plane arcere, quam circulos Tvos bene ductos interpellationibus perturbare. Hoc sane debo veri certique amori & conscientiae angustorum limitum, quibus scientia humana circumscribitur, ut quibusvis veritatis erudienda & stabilienda constitutus primus applaudam & eximie fauam, etiam a meis sententiis discordatus, & mirifice laeter penitiorcm discussionem rerum, que in plures partes disputantur, qualem eruditissima TVA disseratio exhibet. Habet igitur me de illa præclara sententia, licet de ipsa causa quedam alia sentiam, habebis etiam comitem & spectatorem conflictus publici, atque ut legibus academicis TVA Eque voluntati satisfiat moderatorem partibus TVIS non obfuturum. Plura de me recipere ipsiusque patrocinium opesque ferendas sponderem, quibus non desistuerer in vindicanda sententia TVA, quam per se neque falsam, neque veri diffimilem esse arbitror, & egregiae a TE exornatam deprehendo, nisi alia omnia praesaginet, mibiisque otium & altum silentium praediceret satis explorata dexteritas, quam in academia vicina totes TE declaratae audiri, quoties ex carthæ philosophica huiusmodi conflictus & subiijcti & ipsi moderatus es. Quam ob rem quod publice coram praestari officium vix opportune poterit, hic occupabo. Gratulor TIBI ea animi dona, quac diuitius habes eximia, documenta industria & doctrinæ bene multa, mentem præclare animam, virtutis studium & optimam spem, quam omnibus fecisti, quibus familiarius immotuisti, BEVMAque O. M. deprecor, ut beneficia sua TIBI suaque cunctati perpetua & salutaria esse inbeat. Officissimi amoris mei, quem TIBI brevi tempore apud nos transacto admodum deuinxisti, quidquam desiderari non patiar. Vale & rem tuam semper age rectissime. Dedi Halæ propter Salam in acad. Frideric. ipsis idibus Aug. anni MDCC XXXX.



99 4 6985



Retro ✓



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres
Inches



16
DISSERTATIO PHILOLOGICO-THEOLOGICA

DE
**PECCATO IN SPIRITVM
SANCTVM**

AD DVCTVM LOCI CLASSICI EBR. VI. 4. 5. 6.

QVAM

SVB PRAESIDIO

VIRI SVMME REVERENDI AMPLISSIMI
ATQVE DOCTISSIMI

SIGISM. IACOBI BAVMGARTEN

S. S. THEOLOGIAE DOCTORIS ET PROFESSORIS
PVBLICI LONGE CELEBERRIMI ORDIN.
THEOL. H. T. DECANI

PATRONI ATQVE FAVORIS OMNI
ANIMI OBSERVANTIA SVMMPERE
COLENDI

DIE XVII. AVG. HVIVS ANNI MDL cxxxxx.

H. L. Q. C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET

AVCTOR

M. IO. SAMVEL HICHTEL
ANHALTINVS.


HALAE MAGDEBVRGICAE, 1748.

TYPIS IO. CHRISTIANI HILLIGERI, Acad. Typogr.